BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

APVLEIVS
II. 2 FLORIDA

EDIDIT
R. HELM

1957

LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G. TEVBNERI

APVLEI OPERA QVAE SVPERSVNT

VOL. II FASC. II

APVLEI PLATONICI
MADAVRENSIS
FLORIDA

RECENSVIT

RVDOLFVS HELM

EXEMPLAR ANASTATICE ITERATUM

IN AEDIBUS B. G. TEVBNERI LIPSIAE MCMXXI

Mediceus bibl. Laurentianae 68, 2 F
(lectiones codicis nota non addita afferuntur)

[Mediceus bibl. Laurentianae 29, 2 ex illo descriptus φ]
(huius codicis memoriam non omnibus locis attulimus; ubi lectio affertur, codicis nota anteponitur; nota (φ) *postposita indicat codicem* φ *testem esse lectionis codicis* F, *sed tantum eius quae antecedit)*

Vulgata quae invenitur in codicibus deterioribus et in libris impressis *v*

Quae invito librario cod. F *deleta sunt, uncis* [ ] *includuntur, quae addita, hamis* ⟨ ⟩; *quae mutata, litteris inclinatis significantur praeter vocales* e *et* ae *inter se mutatas et praeter* nihil *et* mihi, *quae omnibus fere locis per* ch *scribi solent.*

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Printed in Germany

Index virorum doctorum,

quorum coniecturae in Floridorum apparatu critico commemorantur.

(Quorum commenta Oudendorpius congessit, asterisco significantur.)

*Ald(ina editio) Venet. 1521

*Becichem(o)
*Bont(ius)
*Bosscha
Brakman Mnemos. XXXVI (1908) 29
*Brant(ius) [Brantz]
*Burmann

*Colv(ius) Apul. op. Lugd. Bat. 1588
*Contaren(us)
Crus(ius) Phil. XLIX (1890) 676
*Cuper(us) [Cuypers]

*Dousa
*Dousa fil.

Ellis Class. Rev. XV (1901) 50
*Elmenhorst Apul op. Frcft. 1621

*Florid(us) Ap. op. in usum Delphini ill. cum ind. omnium vocum. Paris. 1688
*Fruter(ius) [Fruitiers]
*Fulv(ius)

*Glarean(us)
*Goes
Goldb(acher) De L. Apul. Mad. Florid. orig. et de locis quibusdam corrupt. Lips. 1867 Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1867 p. 556

*Gronov (J. F.)
*Groslot

Haupt Opuscul. III *v ind.*
*Heins(ius) (Nic.)
He(lm)
Hertz Rhein. Mus. XXIX (1874) 367
Hey Arch. f. lat. Lex. XIV 270
Hild(ebrand) Apul. op. Lips. 1842

Iahn Phil. XXVI (1867) 7
Iunt(ina editio) II. Florentiae 1522

Kronenberg Progr. Gymn. Erasm. Rotterd. 1892 Class. Rev. XVIII (1904) 446
Krueger L. Apul. Mad. Florid. Berolin. 1865

Leky De syntaxi Apul. diss. Monaster. 1908
*Lennep
Leo Archiv f. lat. Lex. XII 97; *alia in plagulis corrigendis adnotauit*
*Lindenbrog
*Lips(ius)
Loefstedt Beitr. zu Kenntnis d. spät. Latin. Stockholm 1807 Spätlatein. Stud. Uppsal. 1908

*Marcil(ius)
*Modius

PRAEFATIO.

Apulei ultimum fasciculum publici iuris facturi nonnulla praefamur quae ad metamorphoseon, apologiae, floridorum libros pertinent.

Metamorphoseon enim libros undecim vel asinum aureum, quo titulo Augustinus de civ. dei 18,17 eos inscriptos dicit, non magis quam cetera sua opera, si orationes exceperis, Apuleius ex suo hausit ingenio; nam librum de mundo ex Graeco auctore paene ad verbum descripsit, libros de Platone ex Gai philosophi scholis ab eo, cum nondum satis Platonis placita intellexisset, compositos esse Sinko[1]) nuper ostendit; neque aliter libros, quibus Lucii historiam exposuit, ad Graecum exemplum esse conscriptos sat locuples testis est Photius bibl. cod. 129, qui Luciani personati de asino narrationem ex ampliore metamorphoseon opere Lucii Patrensis compilatam dixit; Apuleium autem, cum eandem exhiberet fabulam, non Pseudoluciani, sed eiusdem Lucii vestigia pressisse post Goldbacheri[2]) dissertationem quaestiones acutae Caroli Buerger[3]), quamquam non de omnibus locis recte iudicavit, satis demonstraverunt. Eius igitur duos libros priores — nam iis Luciani narrationem simillimam esse Photius testatur — Apuleius ipse quoque ita suum in usum convertit, ut in historiam illam varias narratiunculas conferciret, quae quamquam lector ut laetetur efficiunt, tamen totum narrationis corpus, ut ita dicam, prorsus de- De met. exemplo

1) De Ap. et Albini doctrinae Platon. adumbratione Diss. phil. class. acad. litt. Cracov. XLI (1905) 129 sqq.
2) Zeitschr. f. österr. Gymnasien XXIII 323 sqq.
3) De Lucio Patrensi diss. Berol. 1887 cf. Stud. zur Geschichte d. griech. Romans. Blankenburg a. H. 1902/3. I 3 sqq.

formant; turpissime vero ultimus liber, quo auctor accuratius, quo modo deae matris vel Isidis nutu servatus eius mysteriis initiatus sit, explicat; nam ut nos magnopere iuvat de diebus festis piaculisque et pompis Isidis edoceri, ita tota haec descriptio aliena est a hilari lubricaque fabula quae antecedit; neque qui historiae finem apud Lucianum legerit dubitare poterit, quin hic, quamvis verecundiae haud ita parcat, unice cum ceteris partibus consonet atque una cum ceteris inventus sit. Servavit autem Apuleius Lucii nomen, quem, ut ipse res posset narrare, linguam Latinam didicisse facete dicit (I 1); servavit etiam quaecumque Lucius ille Patrensis — sive ipse quae passus esset suo nomine allato referebat sive alius quis eius in nomen ea transtulerat[1]) — de sua familia narraverat (I 2 II 3); ac mihi quidem etiam exordium operis: 'At ego tibi . . . fabulas conseram' ex illius libri compositione videtur intellegi posse. Erat enim certe liber quo variae fabulae quocumque modo inter se consertae essent, fortasse ita, ut alius alium in narrando exciperet, quemadmodum Ovidius Minyae filias in met. libro III inter opera fabulas nectentes inducit aut Lucianus philosophos superstitiosos miris rebus enarrandis alium alii praestantem facit in Philopseude; cuius compositionis exemplum nunc quidem Apulei ipsius libri primi pars prior praebet. Exordiebatur igitur aliquis altero scilicet pauca de credulitate hominum iocante vel ridiculo habente fabulam aliquam, ut suam opponeret sententiam,: 'at ego'. Hoc Apuleius, cum scriptoris et narratoris personas inter se commisceret[2]), retinuit, quo fit ut quasi ex medio colloquio tota fabula incipiat. Nam etiam quod figuras fortunasque hominum in alias imagines conversas et in se rursum mutuo nexu refectas se narrare velle praenuntiat, id ex illo opere videtur in suum transtulisse; apud ipsum enim accuratius una tantum transformatio describitur Lucii vel si mavis, Lucii et Pamphilae, cum illa

1) cf. Buerger diss. p. 57 sqq. v. Arnim Wien. Stud. XXII (1900) 176 sqq.
2) cf. Leo Herm. XL (1905) 605.

verba multo plures indicare videantur; Lucii autem Patrensis libros τὰς ἐξ ἀνθρώπων εἰς ἀλλήλους μεταμορφώσεις τάς τε ἐξ ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους καὶ ἀνάπαλιν continuisse Photius dicit; vides igitur quanto aptiora sint illa verba huius quam Apulei exordio.

De fabulis insertis

Differt igitur eo potissimum ab eo quem secutus est auctore, quod quae ille aliud post aliud enarraverat ipse inseruit in unius fabulae tenorem; inseruisse enim ipsum illas narrationes, sicut Petronium fabellam de lupo versipelli (c. 61 sq.) et de matrona Ephesia (c. 111 sq.), quamquam non eadem arte, satis apparet, si quis quomodo eas adnexuerit contemplatur. Nam ut laudari potest, quod Thelyphron inter pocula quid passus sit refert (II 20 sqq.) vel latrones quid sibi incommodi acciderit disserunt (IV 8 sqq.) vel mulieris ad supplicium destinatae crimen exponitur (X 23), quamquam id vix fieri poterat ut asinus comperiret, ita elucet quam laxo vinculo addita sit quae inseritur IX 5 sqq. narratio, cum dicat: 'cognoscimus lepidam de adulterio cuiusdam pauperis fabulam, quam vos etiam cognoscatis volo', vel VIII 22, cum interponat: 'inibi coeptum facinus oppido memorabile narrare cupio', vel X 2: 'post dies plusculos ibidem dissignatum scelestum ac nefarium facinus memini, sed ut vos etiam legatis, ad librum profero'. Atque etiam quae maxime omnium placet lepida de Psyche et Cupidine fabula, quam inepte turpissimae anui et latronum ancillae eam tribuit, cum partes ei daret quae nutricem decent, quamquam ipse eas a tali persona abhorrere indicavit, cum ad narrationem reversus concluderet: 'sic captivae puellae delira et temulenta illa narrabat anus' (VI 25).

De met. tempore

Auctorem autem illum, quem aemulatus est, medio fere saeculo altero p. Chr. n. scripsisse mihi quidem necessario effici videtur ex iis, quae de sua familia attulit. Duo sunt loci, quibus de ea loquitur. I 2 legitur: 'Thessaliam — nam et illic originis maternae nostrae fundamenta a Plutarcho illo inclito ac mox Sexto philosopho nepote eius prodita gloriam nobis faciunt'. II 3 autem Byrrhaena, quod

cum eo loco consentit, exponit: 'ego te, o Luci, meis istis manibus educavi, quidni? parentis tuae non modo sanguinis, verum alimoniarum etiam socia; nam et familia Plutarchi ambae prognatae sumus et eandem nutricem simul bibimus et in nexu germanitatis una coaluimus.' Haec ex auctore Graeco ipso hausta esse apparet, quamquam Pseudolucianus de eis tacet; nam quomodo fieri potuit ut Apuleius talia ipse excogitaret, qualia alius alii si attribuit, contumeliam certe haud parvam infert. Quid autem philosophus Apuleius habere poterat, cur philosopho Platonico Plutarcho aut Stoico Sexto ignominiam conflaret? Accedit quod Lucium Patrensem hominem fuisse nobilem et familia ortum quae litteris vacabat satis ex iis manifestum fit, quae magistratui Romano patefacit de suo genere (as. c. 55). Quodsi quae Apuleius de Lucii genere adnotat cum iis quae apud Lucianum asinus in hominem reformatus aperit coniungere necesse est, videris quam argumentationi Ioannis de Arnim fundamentum subtrahatur, qua Lucianum ipsum, ut scriptorem aliquem adversarium illuderet, totam fabulam in illum detulisse putavit; immo auctor utriusque communis haec, quae ad familiam Lucii attinent, indicabat, ex quibus alter altera excerpsit vel omisit. Priora enim qui brevitati quam maxime studebat Pseudolucianus neglexit, quia historia sine eis aliquo pacto stare poterat, posteriora Apuleius non tollere non potuit, cum totam illam hilarem in theatro scaenam tristi et religiosa narratione permutaret. Sed ut facile intellegitur matrem Lucii Salviam et Byrrhaenam, ut appellatur ab Apuleio, Abroeam, ut a Luciano, Plutarchi familia ortas esse, ita de altero loco interpretando viri doctissimi mirum quantum sudarunt. Apparet autem illas re vera non a Plutarcho, sed a fratris filio Sexto stirpem ducere, quia addit Lucius: 'a Plutarcho illo inclito ac mox Sexto philosopho'; nec enim erat cur illius nomen adiungeretur, nisi is potius auctor generis erat. Neque aliter verba interpretari possum nisi ita, ut coniciam Sextum a Plutarcho adoptatum esse — an fuit filii filius potius quam fratris? —. Atqui

non Boeotia, sed Thessalia nominatur terra, in qua fundamenta originis maternae Lucii inveniantur; erravit igitur scriptor, quod vix fieri potuit, quia haec res itineris in Thessaliam facti causa totiusque fabulae principium esse dicitur, aut ea Sexti filia vel neptis ibi aetatem egerat, quae mater vel avia Lucii erat. Ceterum illa verba 'originis maternae nostrae fundamenta' ipsa testimonio videntur esse matrem Lucii non ipsam Sexti filiam esse. Quodsi Sextum annis 70—80 natum esse ponimus — nam senex circa a. 161 M. Aurelium philosophiam docebat —, filiam potuit gignere fere a. 100, qua ipsa circa a. 120 Salvia nascebatur. Quae si adhuc adulescens nupserat, Lucius, qui adulescentulus admodum, puero similis describitur, post annum 155 fere iter illud suscipere poterat. Quae computatio quamvis spinosa videatur, tamen vix credi potest Apuleium illa verba de Plutarcho et Sexto fecisse temporum ratione non habita, quippe qui Sextum ipsum in Graecia videre potuisset; quodsi vera est illa, si ad Apuleium solum pertinet, eum vix ante annum 160 libros metamorphoseon scribere potuisse demonstrat; sin autem ad eius auctorem, efficit ut Apulei libros aliquot annis post scriptos putemus, quoniam veri dissimile est opus Graecum eodem fere tempore, quo conscriptum erat, ab alio in sermonem Latinum translatum vel potius ab auctore Latino compilatum esse.

Accedit quod Apuleius metamorphoses, cum a. fere 158 se de magia purgaret, certe nondum videtur composuisse; nam prorsus incredibile est, quamquam sunt qui secus iudicent, adversarios eas[1]) non argumentum attulisse, ut auctorem et lascivum esse et magiae operam dedisse demonstrarent[2]), aut ipsum argumentum ab accusatoribus allatum consulto neglexisse; nec enim erat cur id omitteret qui de versibus amatoriis tot verba fecit. Immo poterat sagacitatem animi prae se ferre argutiisque splendidis uti Plutarchi doctrinam secutus, qui etiam Veneris cum Marte adulterium

1) cf. II 17 III 20 et III 21.
2) cf. Bosscha in Oudendorpii ed. III 511.

(de poet. aud. 19 E sqq.) ad mores firmandos idoneum esse explicat; poterat vero, praesertim cum extremum librum testem religiosi et pii animi provocare liceret, totius narrationis rationem philosophiae plenam explanare. Quae satis elucet ex verbis cap. XI 15: 'Multis et variis exanclatis laboribus magnisque Fortunae tempestatibus et maximis actus procellis ad portum Quietis et aram Misericordiae tandem, Luci, venisti' vel 'en ecce pristinis aerumnis absolutus Isidis magnae providentia gaudens Lucius de sua Fortuna triumphat'; poterat igitur et lasciviae et magiae crimen facillime repulsare, cum se significasse dicebat animum impurum et petulantem magnis laboribus periculisque emendari atque benignitate divina ad summam beatitudinem evehi. Hoc autem vere eum spectasse, cum metamorphoseon libros componeret, manifestum est; atque hoc solo consilio explicatur, quo modo eos scribere potuerit, sive ante sive post apologiam; neque enim magis ante quam post eam tempus est quo illum lasciviorem fuisse putes, qui etiam ante illam accusationem et philosophiae et mysteriis adeo operam dederat, ut ipse amicis Platonis doctrinam exponeret — nam haec eum ante apologiam edidisse Sinko[1]) eruit — et confiteri posset in oratione pro se habita c. 55: 'sacrorum pleraque initia in Graecia participavi.'[2])

Quare ne illa quidem coniectura probari potest, qua Hildebrandius[3]) eum Romae metamorphoses scripsisse, sed in scriniis diu retinuisse, neque ea, qua Erwinum Rohde[4]) secutus eas antea scriptas sine auctoris nomine publici iuris factas C. Buerger[5]) putavit. Quod in metamorphoseon subscriptionibus nomen omittitur, certe huius opinionis testimonium afferri nequit; nam iam Clodius Albinus[6]) altero saeculo exeunte eas Apulei esse scivit et

1) l. l. p. 43 sqq.
2) cf. Vallette, L'apologie d'Apulée, Paris 1908, p. 11 sqq.
3) Apul. ed. I p. XXV sqq. — 4) Herm. XXIII (1888) p. 495 sq.
5) Progr. Blankenbg a. H. 1902, p. 19.
6) cf. Capitol. Clod. Alb. 12, 12.

qui eas cum ceteris eius libris coniunxit vel qui omnes una a. 395 Romae emendavit Sallustius non habuit cur nomen omitteret eius, cui ipse metamorphoses adscriberet. Neque recte Sinko[1]) iudicavit metamorphoseon libros ab illo scriptos esse nondum philosophia imbuto manifestum esse; velim legas, quibus laudibus Socratem, sectae Platonicae auctorem, efferat divinae sapientiae senem eiusque necem ignominiae perpetuae maculam civibus attulisse queratur (X 33), quo loco cum ipse se ad philosophiam inepte aberrare sensisset, se revocavit: 'sed ne quis indignationis meae reprehendat impetum secum sic reputans: ecce nunc patiemur philosophantem nobis asinum.' Atque cum (XI 1) etiam Pythagoram laudet divinum, eam ipsam, quae tum florebat, sectam Platonicam cum Pythagorea commixtam prae se fert, cuius se fuisse flor. 15 (23, 10) profitetur his verbis: 'noster Plato, nihil ab hac (scil. Pythagorae) secta vel paululum devius, pythagorissat in plurimis.' Philosophum denique se praebet, cum negat divino spiritu homines efferari (VIII 27), 'prorsus quasi deum praesentia soleant homines non sui fieri meliores, sed debiles effici vel aegroti'; atque tota illa ratio, qua animum laboribus purgari significat, a philosophia certe haud longe abest. Neque recte varia aetatis Apulei spatia statuuntur, quibus a superstitione mysteriis dedita ad libertatem animi philosopho dignam progressus sit; nam iure Hesky[2]) quod ille sacerdos factus est testimonium affert, quo demonstret animum eius mutatum non esse, neque quicquam interest inter philosophum et mysteriis deditum, si illorum temporum philosophiam recte perspicias.[3])

At Apuleius ipse se rudem locutorem sermonis Latini (I 1) dicere videtur itaque indicare se hoc opus primum confecisse, cum nondum satis peritus esset linguae Romanorum.[4]) Sed hoc quidem vix credet qui eum scriptores De Apuleio causidico vel rhetore

1) l. l. p. 47.
2) Wiener Stud. XXVI (1904) p. 75.
3) Zeller Phil. d. Griech. III 2^3 p. 211 sq.
4) cf. Rohde Rhein. Mus. XL (1885) 80 sqq.

antiquos haud sine fructu legisse animadvertet, qui optime eum verba elegisse sentiet ut rebus et personis accommodaret, qui denique intelleget summam iam artem[1]) inesse in hoc libro, quem primum scriptum esse putant. Ceterum iam supra diximus eo loco non Apuleium significari, sed Lucium Graecum, quem facete ille, ut fata sua enarret, linguam Latinam Romae aggredientem — nam hoc dicit expressis verbis — et excolentem inducit.[2]) Quam vero incredibile sit in provincia Africa filium duumviri Madaurensis, cum Carthagine litteris vacaret, a grammaticis lingua Latina eruditum non esse, vix necesse est exponere, praesertim cum triginta fere annos natus 'tam Graece quam Latine disertissimus' ab adversariis appellatus sit (apol. 4). Quem ne imperitum fuisse a pueris sermonis Latini credamus, nisi omnia me fallunt, etiam quae ipse extremo libro exponit prorsus impediunt, quamquam non plane mihi persuasi patrocinia illa quae refert (XI 30) ad munus causidici vel iurisconsulti esse referenda; nam mirum est quod ipse huius doctrinae neque in apologia neque in ceteris orationibus mentionem fecit, etiamsi paene necesse erat; non dico de oratione pro se habita, quae tamen occasionem eius commemorationis non nullam praebuit, sed cum enarraret quibus artibus ipse imbutus esset (flor. 18), cur iuri se studuisse non rettulit? Atque qui fieri potuit ut qui Athenis philosophiae litterisque operam navaverat linguae Romanae, ut putant, admodum ignarus, Romam ubi pervenit, statim patroni causarum munere fungeretur, nisi vero dea ipsa, cui omnia debebat, etiam scientiam et linguae et iuris ei spiritu divino afflaverat? Utitur certe nonnullis verbis quae ad iuris prudentiam pertinent qualia sunt 'postliminio' (cf. I p. 23,3 II p. 48,7 III p. 71,2 [postl. redibis] IIII p. 94,10 V p. 108,23 [postl. redeunt] VIIII p. 219,11 [postl. domum regressus] X p. 245,17 flor. 19 p. 40,16

1) cf. eundem p. 85.

2) cf. Oudend. ad hunc locum: fingit enim se esse Graecum Lucium qui a pueritia Atticam linguam edoctus dein Romae aerumnabili labore Latinam didicit.

[postl. domum rettulit]), 'vadimonium' (cf. III p. 61, 7 X p. 239, 16 XI p. 285, 2 IV p. 88, 7 et IX p. 219, 20 [uad. sistere]), 'sistere' (cf. eos quos modo attuli locos et X p. 242, 11), 'sequester' (cf. VI p. 153, 12 VIII p. 214, 11), 'pignerare' (cf. III p. 61, 6. 68, 27 IIII p. 94, 26 XI p. 286, 13), 'mancipare' (cf. II p. 33, 19 49, 10 III p. 67, 2 VIIII p. 213, 23 X p. 243, 6) et 'emancipare' (cf. X p. 239, 22), 'peculium' (cf. III p. 59, 3 X p. 247, 13), 'notoria' (cf. VII p. 156, 23), 'allegatio' (cf. X p. 241, 19), 'verba concepta' (cf. II p. 44, 19), 'transigere' (cf. VII p. 182, 1 X p. 243, 5): iocatur etiam, cum eum qui rei familiari augendae studere videtur latronum fisci advocatum dicit (VII 10 p. 161, 20) aut cum asinum virgini non oboedientem cum ea 'de proprietate soli, immo viae herciscundae contendentem' facit (VI 29 p. 151, 22) aut maritum, qui puerum adulterum obiurgat, illudentem: 'nec herciscundae familiae, sed communi dividundo formula dimicabo' (IX 27 p. 223, 28). Sed haec omnia — et sunt fortasse alia et similia quae afferas — num scientiam hominis eruditi litterisque perpoliti adeo videntur excedere, ut singularem iuris prudentiam sapiant?

Atqui exstant illi libri XI loci, ex quibus recte sibi concludere videbantur viri docti Apuleium reis advocatum adfuisse Romae; ait enim (XI 28) sibi — nam quae de Lucio re vera de se ipso narrat ea parte fabulae — iam victum uberiorem fuisse 'spiritu faventis Eventus quaesticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani' et XI 30 affert mandata Osiris dei, quem sibi imperasse dicit: 'quae nunc, incunctanter gloriosa in foro redderem patrocinia nec extimescerem malevolorum disseminationes, quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibidem ferebat.' Quibus verbis quamvis concedam fortasse significari posse causidici munus, tamen valde haesito. Nam quid sibi vult 'sermonis Romani?' Eratne necesse addere eum Romae Latine locutum esse, cum causas ageret? Quid? 'Patrocinia sermonis Romani' num interpretari licet defensiones reorum sermone Latino habitas? Conferri potest locus cap. 34 apologiae (p. 39, 25): 'At ego illi contra iustius exprobrarim, quod

qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur etiam honesta dictu sordide blateret'; atque item patroni quoque vocem transfert Apuleius, cum Anaxagoram et Leucippum et Democritum et Epicurum 'rerum naturae patronos' dicit (apol. 27 p. 31, 20). Quare quod se patrocinia sermonis Latini suscepisse dicit, vix aliter interpretari possum nisi eum grammatici vel rhetoris officia praestitisse. In foro autem ludos grammaticorum fuisse constat; Livius enim, ubi de Verginia narrat (III 44, 6), 'venienti in forum' ait '— ibi namque in tabernaculis litterarum ludi erant —' et in foro Martis Romae ludum fuisse nos docet subscriptio quae Apulei ipsius librum nonum sequitur haec: 'Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix . . . in foro Martis controversiam declamans oratori Endelechio' et Augustinus (confess. I 16) pueros publice in foro erudiri dicit his verbis: 'hoc agitur publico in foro.'[1]) Neque necesse est de ludo in foro sito cogitare, sed rhetores ipsi in foro versabantur, sicut Hieronymus ad a. 352 p. Chr. Gennadium forensem oratorem dicit, Ausonius autem Alcimum rhetorem (prof. Burdig. 3, 7): 'palmae forensis et camenarum decus.' Atque hanc interpretationem vocis patrocinii si sequimur, iam liquet cur Apuleius altero loco (XI 30) dixerit: 'quae nunc, incunctanter gloriosa in foro redderem patrocinia'; nec enim sunt patrocinia solita, sed ea quae supra commemoravit, sermonis Latini. Rhetorem autem illum Romae fuisse eoque in munere 'studiorum laboriosa doctrina' usum esse, qui et antea et postea arti dicendi summam operam dedit, vix cuiquam mirum videbitur. Sed sive causidicus fuit sive rhetor — potuit autem certe, etiamsi rhetor erat iuris non ita peritus, reos defendere, quemadmodum Lucianum scimus Antio-

---

1) cf. Grasberger, Erziehung und Unterricht, Würzburg 1875, II 210. Cave autem concludas ex Dionysii Halicarnassensis verbis, qui eadem atque Livius narrat (XI 28, 3), additis his: *ἦν δὲ τὰ διδασκαλεῖα τότε τῶν παίδων περὶ τὴν ἀγοράν*, tum omnibus a foris segregatos fuisse ludos magistrorum, nam ille certe de uno foro Romano cogitat, quod scilicet ipsius aetate eis iam non patebat.

chiae causas dixisse —, hoc certum est eum non Romae demum sermonem Latinum didicisse.

Quae cum ita sint, mihi necesse videtur revertamur ad eam opinionem, quae ante Rohdii disputationem vulgabatur et nuper argutis argumentis ab Ricardo Hesky[1]) defensa est. Hoc autem novum attulit, quod significationem iuridici provincialis (I 6 p. 5, 20), qui liberis Socratis tutorem dedit, ad eos magistratus referendam dixit, quos Marcus Aurelius constituit quibusque dationem tutoris concessit. Quod si verum est, Marco Aurelio regnante libri metamorphoseon scripti sunt atque quia unus tantum Caesar vel princeps commemoratur (III 29 VII 6 sq. VIIII 42 X 13), Lucio Vero mortuo, i. e. post a. 169, et ante Commodum imperatorem factum, i. e. ante a. 176.

Usus est igitur Apuleius narratione a Graeco quodam auctore praebita ita, ut ad suum arbitrium singulas res coniungeret, nonnulla insereret, nomina aliqua mutaret, ad alium finem fabulam duceret sententiamque philosophicam, ut ita dicam, inculcaret. Qua in re sunt quae ipse usurparit vel addiderit non satis apta et neglegentiae cuidam obnoxia. Inepte enim ianitorem iter recusare (I 15), cum dicit: 'ignoras latronibus infestari vias, qui hoc noctis iter incipis? nam etsi tu alicuius facinoris tibi conscius scilicet mori cupis, nos cucurbitae caput non habemus, ut pro te moriamur', recte Fr. Leo cognovit; atqui verba 'nam — moriamur', quae in comitem sive viatorem sive servum conveniant, delere mihi non sani iudicii videtur esse. Ergo putandum est Apuleium mutavisse rem, verba retinuisse. Neque minus mira videtur quae sequitur (I 16) Aristomenis lecti invocatio: 'grabattule, animo meo carissime, qui mecum tot aerumnas exanclasti'; ita enim lectum appellare videtur, non qui per unam noctem mutilo et putri et alieno, sed qui suo et semper eodem usus est. Sed non satis perspicio, qua ex conditione rerum haec possint sumpta esse, quae certe ad amantis animum tristem multo magis quadra-

De rebus neglegenter compositis

1) Wien. Stud. XXVI (1904) p. 71 sqq. Recte tamen Vallettius p. 25 monet Caesarem unum fortasse ex auctore translatum esse.

rent. Praeterea nescio an de numero servorum, qui Lucium sequantur, auctor non sibi constet; nam ubi de itinere in Thessaliam suscepto verba facit, nullum omnino commemorat, Lucius ipse equum curat et, postquam desiluit, lente producit (I 2); qua in re id quoque mirum, quod, dum equum ducit gramina affectantem, comites duos 'qui forte paululum processerant' consecutus esse dicitur. Sed hoc in transcursu. Ubi Hypatam advenit, plures servi ei videntur adesse, quoniam Fotis 'pueris' extra limen strato attributo testes amoris segregat (II 15), et plures, quos ibi reliquerat, famuli Lucio in hominem reformato redeunt Hypata (XI 20); at unum servum habet comitem, cum Byrrhaenae cenae intersit (II 31), et unus, postquam ille asinus factus nusquam comparuit, in hospitio repertus est (VII 2), qui tormentis vexatus est, ut aliquid de Lucii, quem omnia abstulisse putant, rapinis indicaret. Mira autem neglegentia videtur factum quod (III 12) Lucius Byrrhaenae servo respondet: 'quam vellem, inquit, parens, iussis tuis obsequium commodare', quasi ipsa adsit matrona cognata; cuius rei causa videtur esse aut quod apud auctorem Graecum alius quis eum invitavit, cui appellatio parentis erat accommodata, aut quod aliud respondendi verbum apud eum inveniebatur, quo eum per litteras respondisse apparebat. Quae de Tlepolemo latronum tirone is qui eum adscivit (VII 4) narraverat non satis congruere cum eis fabulis, quas ille ipse de suis latrociniis suoque genere profert (VII 5 sqq.), recte Carolus Buerger[1]) intellexit. Neglegentissime autem de deae Phrygiae sacerdotibus rettulit Apuleius (IX 4 sqq.), quos in pago quodam hospitio proximi stabuli receptos dicit, nisi hoc ad asinum solum potius referas; sed etiamsi ad sacerdotes ipsos pertinet, deae simulacrum eos in templo quodam deposuisse non dixit, quo fit ut prorsus non appareat quo modo omnino fieri potuerit ut aureum cantharum illi raperent; quae omnia satis distincte narrata sunt ab auctore Graeco quicumque fuit (asin. 41): καινότερόν τι

1) De Luc. Patr. Berl. diss. 1887 p. 13.

ἐστρατεύσαντο τὴν θεὸν μὴ μεῖναι ἐν ἀνθρώπου οἰκίᾳ, τῆς δὲ παρ' ἐκείνοις μάλιστα τιμωμένης ἐπιχωρίου δαίμονος τὸν ναὸν οἰκῆσαι eqs. Mireris etiam quod dominus Corinthius, qui asinum publico spectaculo praebere vult, servos habet in Thessalia (X 15. 18. 19) — nec enim rettulit Apuleius asinum inde abiisse, immo expressis verbis de domino (X 18): 'gloriae publicae studio' ait 'tunc Thessaliam etiam accesserat'; facilius fidem habebis Graeco auctori, qui illum dixit Thessalonica oriundum, postquam asinum fato in Macedoniam ductum narravit (asin. c. 34). Sed Apuleium hoc mutare necesse erat, quia Corinthi Isidis cultus maxime celebrabatur[1]) et quae ipse passus erat, cum Corinthi scilicet illius deae mysteriis initiaretur, ad eum, de quo fabulam conscribebat, transferre volebat. Ex Graeca denique narratione servavit significationem 'ad sexagesimum stadium' (IX 33) et si quid recti vidi, inde fluxit quod vocis quae est ἀετός memor aquilae masculinum genus attribuit, cum scriberet (VI 15): 'ut abiret innoxi*us* praestantes (scil. aquas) excipit comment*us* ob iussum Veneris petere.'

Neque modo alias fabulas asini historiae inseruit, sed rebus Romanis additis Romanis qui lecturi essent libros probare studuit. Nummos igitur Romanos significavit p. 22,10 23,2 197,12 206,27 246,6, cum denarios afferret pro drachmis quas Graecus dicit auctor. Quae ad ius Romanum spectantia protulit, supra (p. XII sqq.) congessimus; nominatim autem de legibus et Iulia, quae est de maritandis ordinibus (p. 145, 11) — hanc autem etiam in apologia c. 88 facete adhibuit — et Cornelia (p. 196, 11) iocatur. Deos in morem senatorum 'deos conscriptos Musarum albo' appellat (VI 23) ad album senatorium alludens[2]), cum satiricos vel comicos secutus humana instituta ad deos referat.[3]) Neque minus De rebus Romanis insertis

1) cf. Roscher, Lexikon d. griech. u. röm. Mythologie II 389 (Drexler). Rusch, De Serapide et Iside in Graecia cultis Berol. diss. 1906 p. 31 sqq.

2) cf. Tac. ann. IV 42 ex.: Apidiumque Merulam, quod in acta divi Augusti non iuraverat, *albo senatorio* erasit.

3) cf. Helm, Lucian u. Menipp, Lpzg. 1906, p. 160, 2. 161.

Romanum sapit morem quod senem adulescentes (p. 192, 14) per genios obsecrantem facit. Vix afferendum Apuleium militis, qui asinum secum abduxit, praepositum exponere mille armatorum ducatum sustinuisse; nec enim, quia de suis temporibus narrabat, fieri poterat quin suorum temporum institutiones commemoraret. Sed id certe memoria dignum quod qui Psychen fugitivam invenerit iubetur ad metas Murtias venire, locum Romanis tantummodo notum (p. 133, 20).

De declamationibus

Atque cum illius aetatis homines mirum quantum rhetoris artificiis delectarentur, ne quis ea in his libris desideraret, tribus locis declamationes inseruit quae quam maxime cum exemplis apologiae floridorumque consentiunt. Aedes enim Byrrhaenae signaque quae ibi sunt coloribus vividis depingit (II 4), quemadmodum inter Luciani scripta oeci descriptio exstat. Pluribus autem verbis declamat de crine humano, qui si desit, nulla omnino gratia corpori relinquatur (II 8). Atque hi loci aliquo modo eis quas narrare volebat rebus apti videri possunt; sed quod de iudicum animis vel libidine vel gratia corruptis totum caput interposuit (X 33), ipse sensit quam non ad narrationem ipsam pertineret, cum se ipse a philosophando ad fabulam revocaret.

De floridis

Magis quam in asini fabula Apuleius rhetoris artem in orationibus prae se fert, quae ei haud minorem gloriam apud aequales paraverunt. Atque quantopere lumina earum placuerint, cum orationes integrae aetati amplorum operum haud studiosae iam non probarentur, inde apparet quod ex quattuor earum libris nescio quis locos vel dictionis elegantia, quam quidem tum iudicabant, vel sententiarum venustate et gravitate vel rerum novitate splendidissimos excerpsit excerptisque florida inscripsit ita satis ipse signi-

Ceterum eorundem auctorum vestigiis insistit in nominibus fingendis, qualia sunt Photis, Thelyphron, alia, et in antiquis fabulis in risum deflectendis, ut p. 9, 15 11, 16 21, 17 36, 12 44, 3 47, 3 52, 3 65, 22 66, 7 68, 28 149, 18 151, 7 sqq. 152, 10 et 189, 22 166, 23 174, 11 176, 13 197, 21 247, 25 248, 6 251. 25 254, 8.

ficans, cur illa potissimum elegisset. Nam sic inscriptionem esse interpretandam, non ad genus dicendi floridum pertinere neque ab Apuleio ipso integris libris orationum inditam esse mihi quidem ut Goldbachero[1]) et Schanzio[2]) certum est. Ex quattuor igitur libris, quos orator ipse ediderat, maxime exempla vel similia nonnulla illi quisquis erat arriserunt, ut eius qui iter intermittit ad deos colendos (c. 1) vel ad honores alicui principali viro habendos (c. 21) vel aquilae (c. 2) vel aegroti (c. 23) vel eius qui agrum seruposum possidet (c. 11) vel craterarum, quibuscum singulae doctrinarum partes comparantur (c. 20). Alia idcirco placuerunt, quod de hominibus vel bestiis memoria digna referebantur. Ita de Hyagnide et Marsyae Apollinisque certamine (c. 3), de tibicine Antigenida (c. 4), de Alexandro Magno (c. 7), de Hippia (c. 9), de Cratete Cynico (c. 14 et 22), de Pythagora (c. 15), de Philemone (c. 16), de Thalete (c. 18), de Asclepiade medico (c. 19), de Brachmanibus (c. 6), de psittaco (c. 12) erudimur. Est scilicet idem artificium animos miris et iucundis rebus allectandi, quod Lucianus in prooemiis adhibuit disserens de serpentibus, de Baccho, de Hercule, de Harmonide, de Herodoto, aliis quodque ne ab apologia quidem Apulei abesse cognoscimus. Videtur autem qui illa excerpta fecit homo Africanus fuisse, quippe cui laudes Carthaginis maxime probarentur; nam partes ampliores, quae non ob memorabilia quaedam servatae sunt, ad provinciam Africam eiusque magistratus pertinent; ut c. 9 extrema pars neque simile continet neque rem ob novitatem insignem, sed proconsulis Severiani laudationem; neque minus mirum quod c. 16 non solum qua de Philemone agitur pars integra permansit, sed etiam gratia Carthaginiensibus et Aemiliano Straboni relata. Atque aliis quoque capitibus Carthago laudibus effertur, praeter eam alia urbs nulla. Ex illis autem qui nominatim afferuntur apparet has orationes M. Aurelio et

1) De L. Apulei Madaurensis Floridorum origine. Lps. 1867.
2) Geschichte der röm. Literatur III § 561.

L. Vero imperantibus esse habitas; Severianus[1]) enim eiusque filius 'favore Caesarum' utuntur (c. 9 p. 15, 15); Scipio autem Orfitus[2]) (p. 33, 12) a. 163/4 pro consule provinciam Africam administravit; nec minus ad hoc tempus referendum est quod Aemilianum[3]), qui a. 156 consulatu functus est, sperat orator (p. 29, 19) mox in Africa fore proconsulem.

De apologiae titulo atque indole

Ex omnibus Apulei orationibus una tantummodo tota atque integra usque ad nos duravit apologia, quam dicere solemus; quae cum in codice Florentino inscribatur 'pro se de magia liber'[4]), quamvis memineris in Luciani personati de Parasito (c. 56) libro exponi ἀπολογίαν exstare Socratis et Aeschinis et Hyperidis et Demosthenis et plerorumque oratorum et philosophorum, tamen vix dubitabis quin memoria librorum veram retinuerit inscriptionem; nam etiam Cottae 'pro se lege Varia' inscriptam fuisse orationem Cicero (Tusc. disp. II 24, 57 Brut. 56, 205) testis est et Suetonius (Reiff. p. 30, 14 sq.) affert verba quae C. Memmius in oratione 'pro se' dixerit et Hieronymus ad ann. Abr. 2375 adnotat: 'Hilarius cum aput Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit.' Habita est autem a. 158 fere, id quod sagacissimis quaestionibus E. Rohde[5]) confirmavit, et conscripta post libros, qui ad philosophiam attinent; nam Sinko[6]) Apuleium doctrinam Platonicam rectius exposuisse demonstrat apologiae nonnullis locis quam illis libris. Divisa est oratio a librariis propter longitudinem duas in partes, quarum secunda a cap. 66 incipit. Atque digna est apologia quae ab omnibus antiquarum rerum studiosis legatur et tractetur non solum quia unicum exstat exemplum orationis apud iudices imperatoribus rempublicam Romanam regentibus habitae aut

1) cf. Prosopogr. imperii Rom. III 439 p. 231.
2) cf. ibid. I 1184 p. 464 sq.
3) cf. ibid. III 674 p. 275 sq.
4) cf. subscript. c. 65 et 103.
5) cf. Rhein. Mus. XL (1885) 67.
6) De Apul. et Albini doctrina Plat. adumbr. Cracov. 1905 p. 43 sqq.

quia quid illis temporibus de magia senserint timuerintque homines[1]) inprimis docet, sed etiam quod sophistae Romani imaginem mirum quantum ostendit eoque melius iis quae Floridorum libro continentur, quod haec una non truncata est; affert enim orator ex omni materia litterarum quascumque homines colunt quae ad ornandum sermonem et alliciendos animos apta ei videntur; ut philosophorum de duplici amore doctrinam (c. 4) et varias de speculo opiniones (c. 15) explicat, poetarum nomina et versus et amores enarrat (c. 4. 9 sq. 11. 12. 13), exempla ex historia sive ducum (c. 17. 18) seu oratorum (c. 66) seu philosophorum (c. 22) seu poetarum (37) petit neque quae animalium vita argumenta praebet repudiat (8), memorabilia denique quaecumque congerere potuit (c. 15. 86) suum in usum ita convertit, ut ea ad res de quibus ageret summo cum sale referret atque se purgaret, adversarios illuderet.

Quod fieri vix potuit in ea quam habuit oratione; nam hanc retractatam esse[2]) post rem diiudicatam, id quod recte iam Scipio Gentilis in commentario (p. 8) adnotavit, satis elucet vel ex animi securitate, qua tamquam ridens adversariorum iacula in eos retorquet idque in causa gravissima, qua si caderet, periculum erat ne capitis damnaretur. Facete enim redarguit, antequam de crimine ipso disserat, maledicta, quibus illi ipsum obruerant, quod formosus (c. 4) et disertus sit ut etiam versus faciat, ex quibus illi ludicra de dentificio et de amoribus retulerant (c. 5—13), quod speculo utatur (c. 14—6), quod adeo pauper sit ut paucos tantummodo servos habeat peramque et baculum gestet (c. 17—23), quod denique in confinio Numidiae et Gaetuliae natus sit (c. 24); neque ipse a maledictis temperat, cum accusatori se curare neget albus an ater ille sit, (c. 16) et Charon cur illi cognomen inditum sit exponat (c. 23). Ac ne tunc quidem crimen magiae ipsum aggreditur, sed ut scientiam suam ostendat et quam absurde ad- De ap. compositione

1) cf. Abt, Die Apologie d. Apul. von Madaura und die antike Zauberei. Gießen 1908. Religionsgesch. Versuche IV 2.
2) cf. Vallette l. l. p. 115 sqq.

versarii egerint, multis verbis quid sit magus declarat (c. 24—7). Atque tam certe videtur scire nullum sibi imminere periculum, ut affirmet se iam perorare posse neque dicturum esse de singulis magiae criminibus, nisi sibi satis temporis etiam superesset et ipse omnium philosophorum partes defendendas susciperet, praesertim cum tanta ad audiendum convenisset multitudo (c. 28). Agit igitur de crimine quod pisces magiae causa quaesisse (c. 29—41) et quod in puerum quendam caducum mulieremque carminibus usus esse dicatur (c. 42—52), ut accusatorem etiam magis caducum esse obiciat qui tot calumniis ceciderit. Pergit exponere de sacris nocturnis et de parvo simulacro (c. 53—65), quod involutum linteo secum habere soleat, quale Neronem trinis in die sacrificiis cosselui Suetonius (vit. Ner. 56) narrat. Tum demum ad id argumentum refellendum progreditur quod adversarios vel maxime adduxerit ad accusandum, nuptias Pudentillae, atque quinque huius criminis partes (c. 67) securus refutat (c. 66—101), cum sat multis conviciis illos insectetur. Apparet certe quam sollerter eas res, quae varietate quadam allicerent audientes vel legentes et in quibus doctrinam prae se ferre posset, priore loco tractaverit.

De Cicerone exemplo

Sed has facetias melius cognoscet qui leget. Sermo autem, quo Apuleius in hac oratione utitur, quamquam hic illic floridis simillimus est, ut legitur c. 4: 'praeter formae mediocritatem continuatio etiam litterati laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, sucum exsorbet, colorem obliterat, vigorem debilitat' vel c. 25: 'ecquandone vidisti flammam stipula exortam claro crepitu, largo fulgore, cito incremento, sed enim materia levi, caduco incendio, nullis reliquiis' vel c. 76: 'quam improba iuvenum circumspectatrix, quam inmodica sui ostentatrix', tamen dictionis Ciceronianae vestigia manifesta sunt. Quod enim iudicem eiusque consilium appellat (c. 1. 65. 67): 'Maxime *quique in consilio estis*' aut (c. 99) 'te, Maxime, vosque, qui in consilio estis', illum sequitur qui pro Quinctio 1,4 2,10 (te, C. Aquili, *vosque qui in consilio adestis*) 10,36 eodem

modo iudices alloquitur; neque minus, ubi dicit (c. 3): 'quam quidem *vocem* . . . . spero in hoc quoque iudicio *erupturam*', videtur illius meminisse, qui in P. Vatinium 6, 15 exclamat: '*erumpet* enim aliquando ex me vera *vox* et dicam sine cunctatione quod sentio' similiterque Phil. X 9, 19. Quod autem 'malum' more comicorum et sermonis vulgaris interponit c. 8: '*quae, malum, ratio est* linguam mundam . . ., vocem contra spurcam . . . possidere', id quoque saepius animo irato fecit Cicero; exempla affero haec: pro Q. Rosc. com. 18, 56 (qua, malum, stultitia fuit Roscius), in Verr. II 1, 20, 54 (quae, malum, est ista tanta audacia), in M. Anton. Phil. I 6, 15 (quae, malum, est ista voluntaria servitus) atque qui loci maxime ad apologiam pertinent, Phil. X 9, 18 (*quae, malum, ista est ratio*) et de off. II 15, 53 (quae te, malum, . . . ratio in istam spem induxit). Eiusdem exemplo videtur commotus, cum accusatoris stultitiam ludibrio habeat c. 10: '*disce* igitur versus Platonis . . ., si tamen *tantus natu potes* litteras discere' vel c. 36: 'discat Aemilianus . . ., quanquam est iam praecipiti aevo et occidua senectute'; nam ille de Naevio P. Quinctii adversario pro Quinct. 17, 56: 'etenim si vult virorum bonorum instituto vivere, multa oportet *discat* atque dediscat, quorum *illi aetati* utrumque *difficile* est. Memoriam autem librorum ipsam, qua c. 12 traditur: 'quapropter et (corrigas: *ut*) *semper eleganter* Afranius hoc scriptum relinquat', defendit quod in Bruto narratur (22, 86): 'causam pro publicanis accurate, *ut semper* solitus esset, *elegante*r*que* dixisse Laelium'. c. 13 in Mediceo legitur: 'illud etiam docear *necesse est*'; quod recte in '*doceas*' mutatum esse evincit cum alter locus Apuleianus (p. 24, 20: doceas necesse est), tum Ciceronis pro Quinct. 22, 73: 'quare aut *doceas oportet*'. Atque quod Apuleius in Aemilianum invehitur c. 16: 'libenter te nuper usque *albus an ater* esses *ignoravi* et adhuc hercle non satis novi', id non magis Catulli exemplum effecit, qui scripsit c. 93, 2: 'nec scire (studeo) utrum sis albus an ater homo', quam Ciceronis in M. Antonium dicentis Phil. II 16, 41: 'vide quam te amarit is

qui *albus aterne* fuerit *ignoras*'.[1]) Nec minus ab eodem artificium hoc didicit, cum dubitans quod verbum eligeret adversarium convicio cumularet c. 17: 'tantamne esse mentiendi caecitatem *dicam an* consuetudinem', quemadmodum ille pro Caelio 30, 71: 'o stultitiamne *dicam an* inpudentiam singularem.' c. 18 autem cum '*brevi usura lucis*' antiquos consules audire ponit, sicut met. II 28 senem supplicantem facit: 'da brevem solis usuram', verbo utitur quod saepius Cicero adhibuit, ut in Verr. II 5, 29, 75: '*lucis usuram* tam diuturnam dedisti', in Cat. I 12, 29: 'unius usuram horae', pro Sulla 32, 90: '*lucis*ne hanc *usuram* eripere vis.' De Cratetis vero paupertate versibus celebrata ubi verba facit, versus ipsos affert c. 22: '*ne me*', ut ait, 'haec ad defensionem *putes confinxisse*', sicut Cicero pro Scauro 5, 7 suspiciones ita effugere studet ut dicat: 'ac *ne existimes*, Triari, quod adferam in dicendo *me fingere* ipsum.' Minus certe valet quod in laudandis versibus illis ratione quadam cum Cicerone consentit; nam quoniam Cratetis versus Homericos in ridiculum detortos attulit, pergit c. 22: '*iam cetera* tam *mirifica*, quae si tu legisses magis mihi peram quam nuptias Pudentillae invidisses'; item Cicero pro Sest. 57, 121, postquam verba Ennii protulit, '*iam illa*', ait, 'quanto cum gemitu p. R. ab eodem paulo post in eadem fabula sunt acta! O pater' — et ubi morientis Furii verba refert, pergit in Verr. II 5, 43, 113 dicere: '*iam illa praeclara*' (cf. acad. II 27, 86); minus consensum valere dico in re admodum vulgari, sed satis ad tuendam memoriam librorum, minus fortasse etiam quod uterque de '*falsa invidia*' queritur accusatoris c. 29 et pro A. Cluentio 2, 5 (22, 61. 70, 200). At Ciceronis usum sequitur, ubi audientium ipsorum iudicium invocat c. 44: 'et quid ego de servis? vos ipsi *videtis*'; ille enim in Verr. II 3, 15, 39: 'quid igitur est quod ex hac iniquitate novorum edictorum intellegi velim, iudices? iniuriamne factam sociis? at *videtis*'. Eodem quo-

1) cf. Otto, Sprichwörter und sprichwörtl. Redensarten der Römer, Lpz. **1890**, p. **11**.

que artificio atque ille utitur ut speciem ex tempore dicendi praebeat, cum dicat (c. 53): 'quin etiam — *quod praeterii* — sunt quae fatearis nescire', ut ille in Verr. II 3, 35, 80: 'nunc illud, *quod praeterii*, non omnino relinquendum videtur' vel II 2, 35, 87: 'etiam, quod paene praeterii, capella quaedam est.' Neque aliter atque ille adversarium, ut argumenta ab eo prolata pro nihilo putanda esse demonstret, lacessit et provocat (c. 54): 'tibi adeo permitto, finge quidvis, eminiscere, excogita' et (c. 102) '*saltim fingite aliquid*, eminiscimini, quod respondeatis'; legitur enim in oratione pro Sext. Roscio habita 19, 54: 'vere nihil potes dicere; *finge aliquid saltem* commode'. Quae cum ita sint, dubito etiam, quo iure Loefstedtius[1]) coniectura mea, quam haesitanter protuleram, probata sine '*si*', quod vulgo additur, legi velit (c. 55): 'ac, *maxime* fuisse concedam, *tamen* habeam dicere', qua in sententia coniunctivum concessivum putat regi adverbio 'maxime'; nam et Apuleius ipse (c. 28): 'dein *etsi maxime* magus forem', ait, 'tamen ostendam eqs.' et Cicero saepius coniunxit 'si maxime', ut pro Quinct. 10, 35: 'terminosque constituam, extra quos egredi non possim, *si maxime* velim', 19, 60: 'neque pecunia debebatur et, *si maxime* deberetur, commissum nihil esset', in Verr. II 2, 68, 164: 'neque enim, *si maxime* statuae deiectae essent, ego eas vobis possem iacentes ostendere', II 5, 18, 20: 'non dicam ne illud quidem, *si maxime* in culpa fuerit Apollonius, *tamen* in hominem maximae civitatis honestissimum tam graviter animadverti . . . non oportuisse'. c. 68 Apuleius eos qui audiunt adhortatur: '*quaeso uti adhuc fecistis* vel si quo magis potestis, ipsum fontem et fundamentum iudicii huiusce diligentissime cognoscatis' et c. 13: 'hoc etiam peto, *audias ut adhuc fecisti*, libenter et *diligenter*', eo quoque Ciceronem aemulatus, qui pro Quinct. 6, 22: 'obsecro . . . ut diligenter attendatis', 25, 79: 'quaeso ut diligenter attendatis', in M. Anton. Phil.

1) Beiträge z. Kenntnis d. spät. Latinität. Uppsala Universetets Årsskrift 1907, S. 28f.

I 7, 15: 'a vobis . . . peto ut . . . benigne me tamen, *ut adhuc fecistis, audiatis*', XIII 10, 22: 'velim, *ut adhuc fecistis*, me attente *audiatis*', in Verr. II 4, 46, 102: 'eadem illa, *quaeso, audite* et *diligenter, sicut adhuc fecistis*, attendite (cf. II 5, 17, 42). Atque quod accusatorem, quo acrius eum mendacii convincat, ipsum testem invocat (c. 69): 'estne haec tua epistola? quid palluisti? nam *erubescere* tu quidem *non potes*', hoc quoque ab auctore suo mutuatus exaggeravit, qui pro A. Roscio 3, 8: 'quaeso', ait, 'quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria rettulisti? *erubescit*, quid respondeat nescit.' Eundem imitatus iubet eodem capite testimonium magna voce legi: '*recita quaeso clarius*, ut omnes intellegant'; ita enim Cicero in eadem oratione 13, 37: 'Quid? *recita* istam stipulationem *clarius*' vel in Verr. II 1, 55, 143: '*Recita.* — Dic, dic *quaeso clarius.*' Etiam veritatis imaginem ubi describit (c. 83): '*veritas olim interversa nunc se fert* et velut alto barathro calumnia se *mergit*' — sic nunc legam Luciani de cal. 32 verba secutus haec: *οἴχοιτο ἂν φεύγουσα ἐς τὸ βάραθρον ἡ διαβολή* —, Ciceronis exemplo videtur incitari, qui pro Quinct. 1, 4 scripsit: 'ut multis incommodis *veritas debilitata tandem* aequitate talium virorum *recreetur*' et pro A. Cluentio 65, 183: 'hoc uno modo . . . *saepe* multorum improbitate *depressa veritas emergit* et innocentiae defensio interclusa respirat'. Pudentillae vero Apuleium miseret (c. 85), quod talis filii mater sit, ut exclamet: 'o infelix uterum tuum, Pudentilla, o sterilitas liberis potior', quemadmodum Cicero, ut Antonio obtrectet, addit Phil. II 24, 58: 'o miserae mulieris fecunditatem calamitosam'; atque ubi ineruditum adversarium notare vult (c. 86), 'numquam matris tuae litteras', inquit, 'attigisses, si *ullas* alias *litteras attigisses*' crimine repetito, quod ille in Antonium torquet Phil. II 8, 20: 'nec vero tibi de versibus plura respondebo; tantum dicam breviter te neque illos neque *ullas* omnino *litteras nosse*'; simile etiam quod in Verr. II 4, 57, 127 scripsit: 'epigramma . . . quod iste eruditus homo . . ., si unam litteram Graecam scisset, certe una sustulisset. Verba autem quibus ab una parte ad alteram

transit (c. 90): '*missa haec facio*', eadem Cicero pro Sext. Roscio 28, 76 adhibuerat, ut novum argumentum adiungeret. Qui sequitur locus lacuna corruptus (c. 91): 'modicam dotem *neque* eam *datam sed* tantummodo . . .', nescio an recte sanatus videatur addito '*creditam*' ei qui illius verba contempletur in Verr. II 5, 14, 35 prolata haec: 'quaestor sum factus ut mihi illum honorem. . . . *non* solum *datum, sed* etiam *creditum* et commissum putarem'. Fortasse etiam ex illius pro Sext. Roscio verbis (42, 122): 'quicquid maleficii sceleris caedis erit' aliquid accedit subsidii loco, quem iniuria temptaverunt viri docti c. 96: 'eum tu magiae maleficii criminis insectabare.' Etiam certamen oratorium, quo quasi dialogo pugnat cum adversario (c. 27), et id, quo perorat (c. 103), ita factum, ut singulis criminibus accusatoris binis verbis responderet, secundum Ciceronis exemplum instituit, qui pro Quinctio (22, 71) similiter certavit; certe ipse praecepto satis imbutus est quod ille dedit orat. 67, 226: 'nec ullum genus est dicendi aut melius aut fortius quam binis aut ternis ferire verbis.' Accedit quod quae de adulescentibus exponit primitias laudis accusationibus petentibus (c. 66), ex Ciceronis scriptis videtur petisse, quamquam memoria in afferendis nominibus lapsus est; iudiciumque, quod de summis oratoribus profert, formavit certe ad eius exemplum, qui uno verbo quid proprium esset eorum significavit de or. III 7, 28: 'gravitatem Africanus, lenitatem Laelius, asperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo et canorum'; sic ipse Aviti facultatem laudat talem (c. 95), 'ut in illa neque Cato gravitatem requirat neque Laelius lenitatem nec Gracchus impetum nec Caesar calorem nec Hortensius distributionem nec Calvus argutias nec parsimoniam Salustius nec opulentiam Cicero.' Verum etiam in argumentis componendis et conclusionibus faciendis nonnulla ille ex Ciceronis scriptis didicit; unum tantum locum afferam, quo Pudentillae verba quibus se ipsam insaniae arguere videatur nihil ponderis habere exponit (c. 80), qui conferri potest cum dialectica illa ratiocinatione, quae in oratione pro M. Caelio habita invenitur (21, 53), quacum eo quoque

consentit, quod quemadmodum in ea (28, 67) equus Troianus ludi causa commemoratur, sic ad Ulixis per decem annos errores alludit (c. 89). Sed quamvis levia haec omnia videantur, Ciceronem si non in verbis eligendis, attamen in sententiis construendis argumentis proferendis artificiis adhibendis Apulei, cum apologiam scriberet, auctorem magistrumque fuisse ipse sentiet quisquis illius orationes in iisque praecipue quas primas habuit pro Quinctio et pro Roscio accurate legerit et cum ea contulerit.

De met., ap., flor. consensu

Tamen, ut supra diximus, haec quoque oratio sunt in quibus cum ceteris libris Apulei consentiat; exstant enim certissima testimonia quibus haec tria opera unius scriptoris esse evincatur. Facete etiam in apologia solet adnominationibus uti, quales sunt: 'lignum a me toto oppido et quidem oppido quaesitum' (c. 62), 'em vobis quem scelestus ille sceletum nominabat' (c. 63), 'sine opere opifex' (c. 64), 'mulier obcantata, vecors amens amans' (c. 84), 'investem a nobis accepisti: vesticipem ilico reddidisti' (c. 98); quare recte mihi videor ex memoria librorum eruisse facete dictum (c. 60): 'ut ne inpunitum Crasso foret, crassum quod . . . fumum vendidit'. Haec certe idem scripsit qui met. V 23: 'in Amoris incidit amorem' 'cupidine fraglans Cupidinis' et qui in tristissima narratione tam frigidam allusionem haud aspernatus est qualis est met. VIII 6: 'aegre manibus erepta suorum invita remansit in vita'. Plurimum vero valet ad eundem auctorem demonstrandum quod easdem figuras in diversis libris repetivit[1]); ut met. III 29: 'mihi *sero quidem, serio* tamen subvenit' et flor. III 17 ex. (33, 12 sq.): 'ita ut hoc meum de virtutibus Orfiti carmen est, *serum quidem* fortasse, sed *serium*' aut met. IX 14: 'saeva scaeva, virosa ebriosa, *pervicax, pertinax*' et de deo Socr c. 4: '*pervicaci* audacia, *pertinaci* spe' vel prol. d. d. Socr. 4: 'alis persequax, oculis perspicax, unguibus pertinax' aut apol. c. 56 et flor. I 1: 'locus aut lucus'. Nec minus memoria dignum quod eadem translatio in compluribus libris inve-

---

1) cf. Koziol, Stil d. Apuleius, Wien 1872, p. 241 sqq.

nitur; unum exemplum sufficit: cogitationes cum mari comparantur met. IV 2: 'cum in isto cogitationis salo fluctuarem', IX 19: 'miroque mentis salo et cogitationum dissensione', de d. Socr. 12: 'simili motu cordis et salo mentis ad omnes cogitationum aestus fluctuare'. Saepius de dentium muro vel vallo loquitur (de Plat. I 14 flor. p. 23, 3 apol. c. 7); ad Homeri ἔπεα πτερόεντα revocat audientes vel legentes apol. c. 83: 'si verba ita, ut poetae aiunt, pinnis apta vulgo volarent' et flor. p. 23, 1 sq.: 'verba, quae volantia poetae appellant'. Ratio et oratio iuxta ponuntur flor. p. 18, 7: 'philosophi ratio et oratio', p. 34, 12: 'convenientium ratio et dicentis oratio', de Plat. I 14: 'homini promptuarium potius rectae rationis et suavissimae orationis hoc datum est', d. d. Socr. 4: 'hominis ratione plaudentes, oratione pollentes'. Elocutio denique rara quae est 'minimo minus' legitur met. I 19: 'minimo minus interii' et flor. II 12: 'instar illi minimo minus quam columbarum'. Sed satis est ad ea delegare quae Ieltsch De Apulei floridis diss. Vratisl. 1868 p. 24 sqq. congessit.

Apulei opera ea quae nos edimus uno tantum libro effectum est ut interitum fugerent. Nam praeter Mediceum 68, 2 (F) saeculo XI scriptum, qui in bibliotheca Laurentiana Florentiae conservatur, adhuc non contigit ut liber inveniretur qui integer testis memoriae putandus esset; immo omnes, quotquot apparuerunt, ex illo transscripti et sive minus sive magis temeritate virorum doctorum corrupti sunt. Quod Henricus Keil primus cognovit[1]), cum lacunam quae in Medicei F libro VIII eo orta est quod folium satis magna scissura lacerabatur etiam in ceteris codicibus exstare videret seu vacuam relictam seu postea suppletam. Quod folium quia summi ponderis est ad examinandos ceteros libros scriptos, propter eximiam bibliopolae nostri liberalitatem huic volumini addere potuimus quinta fere parte contractum. Atque alterum exstare apologiae locum,

De memoria librorum

1) cf. Observat. in Caton. et Varron. de re rust., Halis 1849, p. 77 sqq.

quo libri plerique ex Mediceo transscripti esse convincantur, ipse in philologi supplemento IX p. 515 ostendi; p. 64, 12 enim, ubi in eo legitur 'inducat animum', inter duo verba vestigium litterae 'u' apparet, quod in membrana pertenui littera 'u' vocis 'facundia' (p. 63, 6) efficitur, quae in folio verso eodem loco scripta est; quo vestigio librarii adducti sunt ut vel 'inducatu' transscriberent vel suo Marte 'inducat in' emendarent. Ceteri igitur praeter Mediceum F libri nihil afferunt utilitatis ad Apuleium recensendum; quod unus Mediceus φ (29, 2) eiusdem bibliothecae tamen ab editoribus excipitur et commemoratione vel observatione dignus habetur, idcirco factum est quod ex illo ipso originem duxit, quo tempore nondum mutuo foliorum tritu et correctorum prava diligentia depravatus erat; nam nunc quidem saepissime litterae in cod. F aut prorsus evanuerunt aut ductu calami tantum cognoscuntur, saepissime autem litterae a correctore redintegratae — dubites qua diligentia — aut inter lineas supra eas quae iam evanescebant voces repetitae sunt. His locis non est cur codicis φ auctoritatem asperneris, quamquam erat ubi iam eius librarius

De vitiis cod. φ

non satis distinguere posset quid in F legeretur; ut IIII 25 (94, 11) 'refricaret' scripsit pro 'replicaret'; VI 15 (140, 7) primo duarum litterarum spatium vacuum relictum est, quod alia demum manus supplevit; VI 21 (144, 21) cum 'prouinciam' legere nequiret, scriba primo omisit, postea loco accuratius examinato sive, quod vix credo, vetustiore codice inspecto in lacuna addidit; idem accidit VI 28 (150, 17), ubi φ 'saginabo' in lacuna scriptum exhibet; eodem capite (150, 12) 'lauacri', quod iam non liquidum erat, prorsus abest, cum lacuna sola testimonio sit vocis omissae. Neque vacat interpolationibus gravissimis codex φ, quales leguntur IV 32 (84, 1), ubi pro 'certus', quod iam non satis liquebat, 'uirtus' inepte scriptum est, aut VII 23 (171, 11), ubi librarius, ut aliquid pro incertis litteris substitueret, ex suo ingenio invenit 'criminatum', aut VIII 6 (180, 24), ubi ob eandem causam prorsus temere 'amaritudinem' exhibuit pro 'similitudinem', aut III 5 (55, 23), quo

loco ʻpueri quamʼ librarius cod. F litteris ut saepe falso coniunctis in ʻpuer inquamʼ corruperat, sed sua manu in margine veram lectionem addiderat, qua neglecta qui codicem φ scripsit potius suo ingenio indulsit, ut ʻpueri inquitʼ efficeret. Quae interpolationes hic illic inde etiam in codicem F inrepserunt; sic I 21 (19, 23) ex ʻmendicant hisʼ, quod librarius parvo errore scripserat pro ʻmendicantisʼ, id quod in φ legitur ʻmdico hisʼ ipsum correctura effectum est; III 14 (62, 14) ʻcum fide memoraʼ quia iam evanuerat, legit librarius cod. φ: ʻcum fide mea oraʼ, quod postea etiam in F inculcatum est V 6 (108, 2) pro ʻcogentiaʼ, quod verbum facit ut oratio recte progrediatur a ʻsuasoriusʼ ad ʻmulcensʼ, a ʻmulcensʼ ad ʻcogensʼ, librarius codicis φ ʻcohibentiaʼ legit idque in F alia manus voluit, cum ʻcouentiaʼ (i supra scriptum) emendaret. Etiam V 13, ubi, si quid recti vidi, ʻdevotaeʼ falso repetitum erat, quod supplementum in cod. φ eius in locum substitutum est ʻcaraequeʼ, idem manus recentissima codici F obtrusit.

Tamen nonnullis locis φ recte servavit quae in F litteris inerter redintegratis corrupta sunt. Probatur enim III 28 (73, 3) ʻad extremas incitas deductiʼ testimonio codicis φ, cum in F litterae evanidae in ʻmetasʼ mutatae sint. IIII 33 (101, 5) ʻpigensʼ memoria librorum traditum esse ex codice F iam non cognosceremus, quod alia manus formam raram in usitatam ʻpigerʼ abire iussit. VI 21 (144, 21), ubi nunc ʻprouinciamʼ ne maxima quidem opera legi potest, cod. φ vocem praebet, quam contra virorum doctorum argutias tuetur alter locus IX 17 (216, 6): ʻcommissae prouinciae fidemʼ (cf. de mund. 26 [162, 21 Th.]: alii uenatibus agendis prouinciam nacti). VII 2 (155, 13) ʻuexatumʼ, quod φ recte transscripsit, nunc litteris refictis in F in ʻnecatumʼ depravatum est. Alios locos addere licet, ut VII 4 (156, 19) ʻcogitationibusʼ ab eo qui redintegrabat litteras in ʻagitationibusʼ mutatum, VII 13 (164, 3) ʻciuiumqueʼ in ʻouiumqueʼ, VII 16 (166, 20) ʻasteisʼ — emendandum erat ʻasceisʼ — in ʻcostisʼ, VII 22 (172, 17) ʻcommittoʼ in ʻconcitatoʼ, VIII 12 (186, 28) ʻattaleʼ — debebat scribere librarius ʻattolleʼ — in

De virtutibus cod. φ

'ac tu in', VIII 15 (188, 15) 'passares' — φ recte scripsit 'passeres' — in 'anseres', VIII 23 (195, 18) 'atque ideo uel' a correctore temerario mutatum in 'quare', quibus omnibus locis φ genuinae lectionis tutelam suscepit.

De lacuna met. VIII De lacuna vero illa, quae in libro VIII 7 sqq. est, quo iure ea quae postea in φ inserta sunt supplementa pro Apulei ipsius verbis habeantur, cum Keilio magnopere dubito; sunt certe quae, cum paucae tantum litterae scissura illa haustae essent, perfacile restitui potuerint, ut p. 182, 10 sq. iam prima manus in φ non haesitavit addere '& dies totos'. Sed aliis etiam atque etiam diffido, quia mihi quidem spatio quod in F exstat non satis videntur convenire; nam v. 13 'seruitio diuinis percolens honoribus' ut aptum est Apuleiano usui dicendi (cf. VI 15 [139, 15] XI 5 [270, 1]), ita plures nescio an habeat litteras quam quibus lacuna sufficiat; v. 14 vero duo verba 'solacio cruciabat' nullo modo spatium vacuum supplere possunt, nisi conicias verbum in F falso repetitum et deletum fuisse; et sententiarum tenor cum coniunctionem exigeret, in φ alia manus 'uero' post 'Thrasyllus' addidit, vulgata rectius in lacuna ipsa 'sed', ego, quoniam ne hoc quidem satis magna est amplitudine, 'uerum'. Apparet igitur qua de causa mihi etiam dubitatio non plane tollatur de verbis in φ additis v. 14/5: 'Thrasyllus, praeceps alioquin et de ipso nomine temerarius', quamquam Vahlenus[1]) sibi non temperauit quin iis plauderet; nam et alia sunt quae cogitari possunt et mirum videtur, quod Apuleius in hoc nomine uno expressis verbis usum laudat quem per omnes fere libros aut ipse aut auctor secutus erat.[2])

De nominibus Elucet enim cur mercatorum alter, qui omnia rapit, I 5 (5, 10) Lupus, alter qui uni pecuniae quaerendae studet II 13 (35, 21) Cerdo, cur Chaldaeus, qui futura tamquam ex Iove cognita nuntiat, Diophanes appellati sint; Fotis vero ancilla nomen accepit, quia lucerna conscia est eius amorum,

1) cf. Herm. XXVI (1891) p. 165.
2) cf. Rossbach, Phil. LIII (1895) 140. Neue Jahrb. f. Phil. u. Päd. CLI (1895) 574.

Pamphile domina, quae 'amoris profundi pedicis aeternis alligat', 'simul quemque conspexerit speciosae formae iuvenem' (II 5), quia omnibus placere ab omnibusque se amari vult. Cauponae autem vino deditae (I 13) Meroe nomen est, cum ceterae eiusdem fabulae quae in exordio allata est personae κατ' ἀντίφρασιν nominatae sint, Meroes soror detestabilis diis hominibusque Panthia, homo imprudens, qui in magae retia incidit, Socrates, ignavus eius et timidus socius Aristomenes. Latronibus autem Lamachus (IV 10), Alcimus (IV 12) Thrasyleon (IV 15) nomina indita sunt, eis, quorum bona illi diripere volunt, Chryseros et Demochares (IV 9. 13); et iuvenis, qui se latronem fingit sanguinis cupidum, homines venantem, Haemum, patre Therone natum, se esse dicit (VII 5). Neque inepte maritus qui aemulos propulsat Barbarus (IX 17), servus assiduus fidusque Myrmex, adulescens 'contra maritorum inefficaces diligentias constantissimus' et qui uxorum illicitos amores affectat Philesitherus (IX 16), perfida autem coniunx, ut rideas, Arete nominatur. Quod adulescens ille ignavus, qui a magis deceptus parte corporis privatur, Thelyphron (II 20sqq.) et actor matronae Philodespotus (II 26), quod primus Gallorum, quorum obscoenis actibus quasi ipsi intersumus, ob amorem puerorum (VIII 25 cf. 29) Philebus vocatur, id easdem facetias sapit. Alia sunt nomina, qualia magistri Clytii (I 24), mulionis Myrtili (IX 2), coci Hephaestionis (IX 2), quae quin ad munus eorum hominum pertineant dubitari nequeat. Denique qui cum Thrasyllo in illa fabula partes agunt, pulchra virgo Chariten, iuvenis manu fortis Tlepolemum nomen acceperunt (VIII 1sqq.). Quae cum ita sint, mireris sane, qua de causa uni nomini addiderit scriptor illud, quo rationem lepidam detegeret atque diminueret.

Sed idem iudices de alterius lacunae quae est in folio verso supplementis; p. 183, 18 'he' certe non explet spatium, sed 'tuae' legendum, quod codices deteriores qualis Dorvillianus exhibent; v. 19 'uulnera, sed' ut probetur, lacuna parva non concedit neque dubium quin dissolutae res gra- De lacuna altera

vius opponantur; p. 184, 3 autem praebet F 'uelut quoddam tormen', quod φ mutato 'quoddam' suppleuit 'quodam tormento inquieta quieti excussa'. Quam lectionem quamquam haud negari potest aliquid speciosi habere propter voces acute oppositas, tamen recipere non licet, nisi in F 'quoddam' falso scriptum fuisse ponimus; quod ponere non dubitarem, si ceteris locis codex φ satis magnae esset auctoritatis. Sed si eum lectiones genuinas afferre putaremus, necesse erat credere librarium codicem haud lacerum nactum inde quae in F periissent explevisse. At si Dorvillianus easdem lectiones, sed paulo emendatiores exhibet atque φ, num credemus eius librarium alterum codicem integrum invenisse? Quod videris quam veri sit dissimile; similius scilicet eum suo ingenio emendasse quae in exemplari suo invenerat corrupta; nam hunc codicem ex libro originem ducere, qui ipse ex F et φ fluxit, mihi quidem van der Vliet[1]) persuasit. Quodsi ille ipse emendavit quae falso erant tradita, idem fortasse facere potuit qui in codice φ lacunas supplevit, praesertim cum alios quoque locos, ut supra vidimus, suo Marte corrigere studeret.

De codice F — Codex Mediceus F optime scriptus est scriptura Langobardica quam vocant, sed ut diximus tritu foliorum et prava diligentia eius, qui litteras redintegravit, nunc valde corruptus. Qui eum confecit, hic illic ipse dubitavit quid in archetypo legendum sit; ubi se errasse intellexit, ipse veram lectionem supra vocem aut in margine addidit; ubi haesitabat, alteram lectionem adscripsit; sed sunt quoque loci, ubi in exemplari suo ipso varias lectiones invenerit, De variis lectionibus — quas diligenter in margine attulit. Quare saepius vera lectio in margine exstat, quam nonnumquam alia manus in textum ipsum transtulit. Ubi librarius dubitavit an erravisset neque diiudicare potuit quid legendum esset, littera ·l· tamen aut d in margine adscripta significat aliquid dubii in verbis inesse; sic nota ·l· designata sunt met. p. 58, 12: flagicorũ (i supra c), 61, 22: nonenſ, 166, 11: ueterẽ, 181, 11: redidit, 212, 22: me tandẽ

1) cf. praefat. edit. metamorphos. Lips. 1897 p. XV sqq.

tru sũ miſſo, apol. 80, 18: ſalutũ, nota d met. 63, 4: me Inuta, 242, 3: —orferit (fortasse propter lacunam), 264, 10: dãna-t. uirtute (intercidit aliquid), 269, 19: peſſinum tant, 274, 15: rutundatũ, 278, 22 littere uotũ Ingestaſ, apol. 22, 21 & (pro est), 48, 15: Nnihil, 49, 15: leger& rallib;, 49, 22: habere M (quod cum scriba non intellegeret, videtur voluisse 'haberem', deinde 'habere'), 57, 11: arcẽ & regiã (ubi dubitavit an 'arcem egregiam' scribendum esset, quod in textu ipso effectum est), 59, 17: criminari, 72, 13: Inestimo (quod eadem manus emendavit supra addito x), 76, 5: mulieri— —amanti (propter lacunam; erat certe aliquid in archetypo quod dispici non poterat), 82, 19: a conſpecti (pro 'compecti'), flor. 20, 3: prequã, 20, 19: ſuo ſabulũ, 31, 19: uſu iuerit (pro 'usui erit'), 33, 21: intemeritiſſimo, 40, 24: rua—to. Cur eadem nota appicta sit met. p. 200, 20. apol. 62, 19 63, 22, non liquet, sed certum est archetypum eius causam praebuisse, quamquam non est cur librarium codicis F recta non attulisse coniciamus.

Multo saepius librarius vel cum nota illa coniunctam vel solam quam voluit lectionem adhibuit. Ut met. p. 32, 11 'cerulus', quod idem in textu emendatum est, adiecit ad 'ceruleuſ', 33, 2 'adstrinxerat' ad 'adtraxerat', 45, 5 'santi' ad 'quaſſato' (hunc quoque locum aliquis emendare coepit, cum eraderet 'fato', omisit tamen emendationem perficere), 55, 23: 'pueri quã' ad 'puer Inquã' (verbis in textu ipso emendatis lectio recta quae erat in margine, erasa est), 60 9 'deo riſui' ad 'doriſui' (e superscr.), quia non satis manifestum erat quid voluisset librarius, 64, 12 'abripit' ad 'arripuit', 78, 19, ubi 'quam' omissum est, videtur aliquid in margine additum fuisse, 81, 1 'pmitt&' ad 'peremit', unde conicias in archetypo fuisse 'pemit&', quod nescio an in textu restituendum sit, 110, 14 'rat' ad 'imperitat', quod cum in 'imperat' corrigeret, parum ei successerat, 110, 22 'ſor' ad 'panniſordidiſ', quod ipsum inserta 'ſ' emendatum est, 114, 19 'a' ad 'nrum', quod etiam in textu in 'nrãm' mutatum est. 116, 6 'ecoloreſ' ad 'coloreſ'. 125, 23 'n:' ad 'bon;', quia 'n;' in textu

non satis liquidum erat, 164, 15 'curuta' ad 'qrutabat' (voluit certe 'curitabat'), 165, 3 'ni' ad 'uti', quod ipsum emendavit supra addito 'n', 184, 4 'iterula' ad id quod videtur in textu fuisse — nam nunc in lacuna periit — 'interida', 185, 11 'Reliq^os^ dieſ metiat^s^ annoſ' ad 'reliquuſ', quam emendationem alia manus in textum inseruit, 199, 19 'ſpurcitia' fortasse ad 'ſpurcita' — nam nunc alia manus 'ſpurcicie' effecit —, 203, 19 'ſu' ad 'ſururſabant', 209, 10 're' ad 'ſupcurrunt' (voluitne 'supercurrerunt'?) 209, 11 'curuli' ad 'curriculi', 223, 1 'penita' ad 'pe^i^nta', scilicet quod vox i superscripta non satis liquida videbatur, 224, 1 'pcū' ad 'cv̄', quia scriba singulari forma litterae 'u' usus erat, 242, 10 'potiſſi' ad 'pptiſſimū' (alia manus litteris erasis illud in textu effecit), 269, 14 'numinū' ad id quod correctura in textu effectum non satis distinctum videbatur 'numinū', 274, 3 'ca' ad 'p̄micantē', quod primo erraverat et dubitabat, rectene legi posset, 283, 25 sq. 'periret' ad 'cōpeter&'. Omnibus his locis librarius ipse in margine emendationem sibi addendam putavit, quia in textu erraverat aut timebat, ne quid dubii remaneret; sunt igitur quae adscripta sunt aut genuina aut certe eis proxima.

Sed alii sunt loci quibus librarium non ipsum quae in margine addidit invenisse, sed ex eo quem transscripsit libro variam attulisse lectionem potius dicas. Sic met. p. 5, 15 ad 'deterrima' relata in margine leguntur '·l·dt̄mina stipeſ in triuiſ', qua lectione usus Lipsius 'decermina' restituit; legerat certe qui primus falsam lectionem memoriae obtrusit pro 'decermina' confusis litteris 'c' et 't' primo 'deterrima', ut suo Marte efficeret vocem Latinam, deinde, qua erat fide, sibi addendum putavit legi re vera 'determina'; haec autem confusio fieri non poterat in libro Langobardicis litteris scripto. 58, 16 'cruci adfigatiſ' habet notam marginalem 'cruciatui datiſ', quae quamvis litteris similis sit, tamen non dubites quin inepta sit. 66, 8 haesites utrum praeferas 'triplici formae Cerberi' an quod in margine legitur 'tricipiti', 71, 21 'Fidei secreta numina' in textu,

in margine 'Fidef & fecreta numina' scriptum est, hoc certe eo tantum ortum quod 'f &' ex antecedentibus syllabis falso repetitum erat; hanc lectionem falsam librarius ipse in margine addere non potuit, nisi apud eum quem auctorem habuit falsam in textu, veram vel superscriptam vel in margine repperisset, neutram signo deletam. 73, 6 inter 'speculandum' et 'spectandum' non multum interest, tamen illo melius videtur significari clam latronem investigare, quid fiat. 73, 11 'sedulo', quod in margine legitur pro 'serio', quamquam librarius codicis φ anteposuit, tamen usu Apuleiano 'sero quidem, serio tamen' rectum esse evincitur.[1]) Etiam 74, 16 inter 'lenigatos' et 'lenatos' quod falso margo exhibet, pendere animo non licet, praesertim cum p. 3, 8 idem levigandi verbum legatur. At 89, 23 comes non 'ciuiliter', sed ut nota marginali scriba voluit 'similiter', scil. iis qui antea dicti sunt, processisse apparet, ut iure hoc illi praetulisse dicas eum, qui codicem φ exaravit. 104, 15 'rimatur' quod ex margine in textum recepit φ pro 'miratur' ut usui Apuleiano ita sententiae melius convenit. Prorsus inepte 111, 13 pro 'penituit' voluit 'penuit' librarius, quod expunctis litteris 'it' etiam in textum inculcatum et a scriba codicis φ probatum est. Rectius hic iudicavit 118, 16, ubi neglexit notam marginalem, qua 'tabulę' pro 'aululę' propositum est, quamquam 'claudentis' quod attributum est satis demonstrat non de tabula, sed de olla agi; ceterum si librarius ipse in hunc errorem incidit ac non auctor eius pro 'aulula' legit 'tauula', hic locus videtur testis esse exemplum, ex quo codex F descriptus est, ipsum Langobardica scriptura scriptum fuisse, in qua *t* et *a* et *u* et *u* facillime permutantur; aliter vix fieri potuit ut quis dubitaret, utrum 'ta' an 'au' legere praestaret. 134, 11 autem certum est genuinam lectionem in margine exstare, quam etiam φ recepit 'furenter' scripto pro 'frequenter': 'furenter' enim auget vim vocis 'irati', 'frequenter' quod ad 'solent' referendum erat, superabundaret. 139, 10 prorsus

1) cf. supra p. XXVIII.

inepte ad 'Prouidentiae bonae' adscriptum est 't puidentia boni'. Utramque lectionem 143, 13 recipere licet et 'prospicua' et 'propitia'; tamen turrim tamquam deam propitiam dici aliquanto magis mirum videtur quam ei curam providentiamque adscribi, ut Psychen servet. 145, 2 legitur 'ad armillũ redit', quod se malle in 'armilẽ' emendari librarius in margine significavit eique qui φ descripsit persuasit; altero loco 224, 23 'ad armillum reuertitur' exstat et ita Nonius scripsit, cum Lucilii et Varronis verba afferret 74, 13 547, 13 M. 149, 5 'acutulę' in textu, 'astutulę' in margine exhibetur, utrumque probabile, sed cum Apuleius adiectivum 'acutus', quod quidem sciam, tantummodo translate usurpet ad sonum significandum, 'astutulus' autem 203, 9 225, 11, 'perastutulus' 206, 10, recte fecisse videtur φ quod hoc potius laudandum putavit. 152, 2 'praestabimus' in textu, in margine 'phi' adnotatum est, voluit certe 'perhibebimus' librarius, quod probari posse demonstrat 223, 5 'auxilium perhibere'. 155, 15 'luci illius', ne substantivum deesset, ad quod relativum sequens referretur, in 'lucii uiros' mutatum est et 'uiros' in margine adiectum, inepte id quidem, quia 'uiros' supervacaneum, 'illius' autem, cum latro quidam de iuvene ipsi ignoto quem antea nominavit loquatur, plane necessarium est. 175, 21 ad 'deiectoque' additum est 'derelicto', quod nunc Kronenberg[1]) illi praetulit iniuria, ut mihi videtur; nam anus culpam asini exaggerare studet. Idem 180, 1 ex nota marginali 'dentẽ c̄pulsũ' adposita ad 'dente cõpulso' genuinam lectionem elicere voluit, ut scriberet 'dente compulsum' — hoc supinum interpretatus — 'quem primum insiliat, cunctabunda rimatur'; quod ne probem, cum verborum collocatio me impediat, etiamnunc puto 'dentem compellere' idem significare atque tritu acuere, quamquam exempla huius dictionis desunt, 'c̄pulsũ' autem ortum esse ex varia lectione 'compulso in quem', qua falso lecta necessarium erat 'dentẽ' emendare. 183, 6 Charite ferinos 'mugitus' iterare dicitur, in margine additum est 'ru', quod

1) The Classical Quarterly 1908 p. 307.

nescio an librario cod. φ ansam dederit scribendi 'reiterans'; Thrasyleon certe 'obnixo mugitu & ferino fremitu' cladem tolerat (90, 17) et maritus deceptus ab adultero (218, 19) 'tacitos secum mugitus' iterat. 198, 2 inter 'choraula' et 'ceraula' difficile est diiudicare, quoniam neutrum displicet, si meminimus Ovidium dixisse ex Ponto I 1, 39: 'ante deum matrem cornu tibicen adunco cum canit' et ceraulae vocem adhibuisse Apuleium flor. 4 (5, 19). 210, 4 'propter unicum cantharum' legitur, in margine 'caliculū' additum est, quod φ probavit; utrumque fieri potest ut recipiatur, sed 'caliculum' praeferam, quia versibus antecedentibus iam bis voce canthari usus est Apuleius, diminutivum autem quam maxime ad sermonem Galliorum quadrat, quippe qui crimen quam maxime possint minuere studeant. 217, 11 scriba nutavit, cum 'deuorato pudore' in versu ipso, 'timore' in margine scriberet; quoniam de servo agitur, qui pecunia corruptus cum adulteri mandata ad dominam perferat, et cruciatum, siquando patefiat crimen, timet et fidem laedit, quam ne fallat pudore retinetur, apparet utramque vocem sententiae aptam esse; neque mirum quod librarius cod. φ ipse quoque nescivit utrum sequendum esset, cum primo de margine 'timore' sumeret, deinde verbo expuncto ad 'pudore' rediret; et 'deuorato pudore' Apuleius dixit p. 37, 5. 269, 4 videtur in margine ad 'ungulae' inepta lectio 'ungule' additum fuisse, cuius nunc quidem nihil restat nisi extremae litterae. 273, 7 ad 'alio genere facuū lumine' adscriptum 'facti luminiſ', neutrum sane probabile, sed genetivus 'luminis' necessarius est, si 'alio genere' recte traditum putamus; neque 'facti' ita longe a genuina abest lectione, quam Hauptius restituit 'facticii' proponens, quod idem vides quam simile sit illi 'facuū'. 274, 22 discerni nequit, utrum 'hui;' cum textu ipso an 'cui;' cum margine legere praestet. Duobus denique locis 75, 12 230, 15 iam non dispicitur quid librarius in margine significare voluerit; nam 75, 12 'fa' adscriptum non habet quo referatur nisi ad 'rosarum' quod tamen satis liquidum in textu est, 230, 15 vero ad 'uindicari' nunc quidem adnotatum legitur '·l· . . . . ari', reliquae litterae

erasae sunt, fortasse quia librario ipsi eas falsas esse apparebat.

In apologia quoque videmus librarium, quae in textu non satis successerant, in margine emendare vel manifestius significare. Sic p. 12, 15, cum scripsisset 'đf ſit', ipse se falso distinxisse ubi cognovit. adscripsit 'deuſſit'. 15, 21 'centulo' (neu) scripserat, quod ut recte legeretur in margine adnotavit 'centun' gulo permutatis c et g. 17, 5 'fabra' non satis liquidum erat, quia prior a ex u correcta est; quam ob rem ne quis erraret. in margine addidit 'fa'. Idem accidit 43,20. cum 'ad eandẽ' in margine repeteretur, et 53, 7, ubi 'fragaret' significat sic vocem ex 'ſefregaret' correctam legendam ese. 63, 18 'pphan;' addito 'fa' emendatum est. 64,10 scriptum erat falso litteris distinctis 'contẽptũ ezetiuſ', quod eadem manus in 'contẽptu^{m}ezẽtiuſ' mutavit; sed quia insolitum erat compendium ˜pro n — nam pro m uti solet — librarius ipse in margine 'mezen' addidit. 69, 15 'cui;' cum emendatione effectum non satis appareret, ad confirmandam lectionem 'cu' in margine apposuit. 72, 3 eodem modo 'dui' adscriptum erat, ut fidem faceret lectioni in textu correctae; qui 'd&' (duit) in φ leget, coniciet in F primo aut 'de' fuisse propter sequentem vocem aut 'det'; notam autem marginalem qui ex margine postea evidentius in textum transferre volebat erravit. cum 'aut' legeret idque in versu efficeret; quo facto securus illam, ut saepius accidit, erasit. 80, 5 eadem lectio alia ratione scribendi adiecta est, ut iuxta componerentur 'ęquũ' et 'aecũ'. 85,17, ne quis haesitaret in 'diſpolito' (a), accurate margini additum 'diſpoliato'; 86, 8 'circũueniſſ&' mutatum in 'ir&' quia ansam erroris dare poterat, 'r&' appictum est; 86, 12 'faciat' ex '—ant' correctum tuetur nota 't' quae est apposita. 93, 12 'intellectaſ' habet 'a' correctum ex 'u', quod voluit librarius ipse, cum 'a' etiam iuxta versum adderet. Contra 98, 11 quam postulavit librarius emendationem adnotato

'fe', ea non adhibita est, ut etiamnunc legatur 'adferuant^{2}'. Duos omisi locos, quibus librarius ipse videtur dubitasse. 6, 25 enim recepit 'dicunto' (o fortasse adiecto quia ad 'innocentiam' vocem sequentem aberrabat), in margine autem 'can' notavit; ut fieri non potest, ut hoc probetur, ita videmus hoc quoque loco litteras a et u in archetypo tales fuisse ut difficile distinguerentur. Idem nescio an cadat in 69, 19, ubi 'ei praesto adesset denuntiaueritis' sine coniunctione 'ut' traditum est ut saepissime (cf. ad met. 76, 19), in margine autem 't ut' adscriptum est, ut hoc praepositionis 'ad' in locum substitueretur. Florida his emendationibus aut variis lectionibus carent praeter illos quos supra attuli locos, quos cum littera d notasset, librarius tamen emendatam lectionem addere omisit.

De cod., ex quo F descript. est

Codex F ut ipse scriptura Langobardica quae dicitur confectus, ita ex simili libro transscriptus esse mihi videtur; hoc enim sequitur ex corruptelis nonnullis, quae ita tantummodo habeant quomodo explanentur. Unum supra attulimus locum, ubi 'aululae' et 'tabulae', si illam scripturam respicias, in qua *t* et *a* prorsus similes sunt, litteris *l* et *b* tantum differunt; quamquam dubium mihi videtur an hunc errorem is, qui librum F descripsit, iam apud auctorem suum invenerit. Atque *a* et *t* permutatae sunt etiam III 4 (55, 9), ubi litteris falso seiunctis legitur: 'pſuaderet ea' pro 'persuadere . set,' et VIII 26 (197, 18), ubi 'fracta et rauca' corruptum erat in 'fractę arauca'. Idem demonstrant voces 'ac' et 'te' altera alteri substitutae; nam X 14 (247, 12) 'ne humanum quidem cotidie *te* partes electiores surripere' legendum est, quo loco inepte '*ac*' traditum est et XI 30 (291, 2) '*te*letae' depravatum est in '*ac* letę', item apol. 22 (26, 11) '*ac* denique' in '*te* denique'; neque aliter exponendum est quod in Ennii versibus legimus (45, 4): 'ſurrentia elopem', quod Baehrensius divinando potius quam scripturae codicis proprietates examinando recte emendavit 'Surrenti tu elopem'; et hoc Vahlenus quamquam in textum non recepit, tamen nunc haud improbat. Iam apparere puto quo iure ego apol. 17 (20, 4) 'ego adeo seruosne *tu* habeas . . . .

neque scio neque laboro' scripserim, ubi '*an*' exhibet codex F, praesertim cum pronomen additum in hac sententia optime quadret ad personas opponendas, ut hic 'ego . . . tu' iuxta composita habeamus sicut in verbis quae sequuntur 'at tu me scis'. Accedit quod litterae *t* et *u* vel *n* inter se permutatae sunt, quod idem illa lata forma litterae t una effici potest; nam VII 27 (175, 11) librarius ipse cum 'an' scripsisset, intellexit se errasse et ᵗ supra n addidit, quemadmodum VII 14 (165, 3) 'uti' superscripto 'ⁿ' correxit; flor. p. 13, 24 'concertatim' legit pro 'coaceruatim', quia lata litterae *t* forma eius animo obversabatur; ibidem p. 29, 3 'nunc' scriptum est pro 'tunc'; quare non dubito quin eandem corruptelam '*an*' recte emendaverim IIII 25 (93, 22) 'oculos demisit ad soporem . *at* commodum coniuerat'. Probabile videtur etiam Hauptii coniectura qui VIII 5 (179, 24) pro '*et* cape uenabulum et ego sumo lanceam' substituit '*en* cape'; neque scio quid ex verbis VII 16 (166, 11) 'mares ob admissuram ueterem pasti satianter' elici possit nisi 'ob ue*n*erem', quae vox explicatione admissurae a nescio quo explanata erat. Etiam quod pro 'tu' 'mi' 259, 15 vel pro 'tu' 'ua' transscripsit, quamquam ipse inter scribendum se forma litterae *t* deceptum cognovit, id ex eadem causa facillime quo modo ortum sit elucet. Sic similitudo syllabarum 'ta' et 'ua' causa fuit cur V 27 (124, 12) post 'agitata' tantummodo 'fre' scriberetur, quia librarius uerebatur tertium 'ta' quod legere sibi videbatur addere. Denique ne ea quidem emendatio, qua Leo locum intricatissimum IV 27 (96, 14) 'damnisque ceteris uel axatum iri' expedivit, cum 'te uexatum' scriberet Beroaldi auctoritatem in verbo 'uexatum' secutus, caret probabilitate, si cogites '*t*' pro '*u*' habitum et litteras falso distinctas esse. Neque minus *co* pro *a* lectum esse V 10 (111, 2), ubi 'tam beatam fortunam *a*llapsam indignae' unice rectum est, non 'collapsam' vel 'conlapsam' quod exhibet F, facillime credat qui quam similia illa in hac scriptura sint ipse cognitum habeat.

Sed aliae exstant corruptelae, quae aut non sola in scriptura Langobardica aut omnino non in illa habent quo

modo explicentur. Permutantur inter se *a* et *u*, ut met. 41, 24 'murmurabundas' pro '-us', 93, 2 'idoneum' pro '-am'. 96, 14 'praedicabant' (quod aut in 'praedicant' mutandum aut quod ego feci in 'praedicabunt' futuro tempore optativi Graeci locum obtinente), 164, 10 'rapinas' pro 'rup-', 175, 18 'morituram' pro '-turum', 218, 29 'ut' pro 'ac', 232, 21 'iugulam' pro '-lum', 290, 23 'funo' pro 'fano', a. l., apol. 34, 17 'nullum' pro 'nullam', 48, 14 'ut' pro 'at', 48, 22 'ridiculum' pro '-am' (cf. p. 36, 19 38, 19 39, 4 40, 6. 24 42, 7 19 46, 2 47, 6 50, 4 52, 17 53, 15. 26 58, 4 60, 12 66, 1 68, 5 82, 23 83, 21 85, 16 87, 7. 18 100, 12 102, 27 104, 24 112, 1), flor. 4, 15 'fortunę genas' pro 'fortuna egenus', 25, 6 'impertiunt' pro '-ant', 38, 22 'sermocinabantur' pro '-buntur': viderit igitur qui sibi persuasit[1]) Apuleium dixisse apol. 14 (17, 5) 'ad similitudinem referundum', quam infirmum in hac re sit codicis testimonium, quod ego quidem non tanti esse puto ut eo nisus scriptori lectionem unicam et incredibilem obtrudam. De litt. permutatis

Permutantur inter se *a* et *e*, ut met. 55, 25 'facesset' pro '-at', 88, 14 'confartae' pro '-fertae', 227, 14 'enitabar' pro 'enitebar', 235, 19 'comparare' pro '-parere', 254, 1 'passarem' pro 'passerem', 257, 27 'aegra' pro 'aegre', 266, 15 'summatam' pro '-tem', apol. 29, 25 'ago' pro 'ego', 42, 10 'quem' pro 'quam', 47, 22 'hepetia' pro '-pa-', 51, 10 'negant' pro 'negent', 61, 9 'percontare' pro '-tere', 67, 23 'baluam' pro 'be-'.

Raro permutantur *a* et *d*, ut met. 249, 21 'pauxi' pro 'pduxi'.

Permutantur *c* et *t*, ut met. 5, 15 'determina' pro 'decer-', 11, 15 '-uit & alipsonis' pro 'uice Calyps-', 16, 9 'metum' pro 'mecum', 17, 3 'tum' pro 'cum', 27, 6 'decitantes' pro 'detinentes', 34, 12 'latum' pro 'lacum', 38, 3 et 67, 15 'cum' pro 'tum', 45, 13 'sit' pro 'sic', 75, 22 'at' pro 'ac', 80, 23 'lamatho' pro 'Lamacho', 100, 23 'marcali' pro 'mortali', 110, 7 'splenditant' pro '-cant', 138, 16 'cumulum' pro 'tumulum', 142, 24 'conantibus' pro 'tonantibus', 148, 5 166, 18. 20 195, 6 ('ac' pro 'at') 209, 6 221, 9 225, 21

1) Leky De syntaxi Apul., Diss. Monaster. 1908, p. 34.

230, 21 290, 7 apol. 25, 17 'habitum' pro 'habui cum', 27, 23 'ostendi scis' pro 'ostendistis', 80, 8 'interpretationem' pro 'inter procationem', 85, 23 'immeditatum' pro 'immedicatum', 86, 2 'ternuntium' pro 'terruncium', 87, 21 'at' pro 'ac', 97, 17 'auspicacius' pro '-atius', flor. 22, 18 'comitibus' pro 'calicibus', 39, 6 'ratio' pro 'facio'; quare non dubito quin contra memoriam libri F met. X 13 (246, 20) pro 'lucunculos' non 'lucunculos', ut Scaliger emendavit, sed 'lucuntulos' legendum sit, quam formam nuper Kronenberg litteris benigne ad me missis Apuleio recte vindicavit Lindsayii explicationem[1]) secutus.

Permutantur *c* et *e*, ut met. 7, 3 'se is' pro 'scis', 37, 19 'lacta' pro 'laeta', 248, 21 'praetercunctis' pro '-euntis', apol. 58, 5 'quibus ęque' pro 'quibuscumque', 66, 27 'plumbe ac' pro 'plumbeae', 67, 8 'cum' pro 'eum', 94, 3 'tunc' pro 'tune', 106, 2 'cum' pro 'eum', flor. 30, 19 '-cique' pro 'eique'; cf. met. 247, 12 291, 2.

Permutantur *e* et *t*: apol. 107, 25 'tandem' pro 'eandem'.

Permutantur *e* et *i*; ut 79, 13 'direpsissent' pro 'de-', 118, 4 'conrumpit' pro '-pet' (nam 'ceterum' ostendit non communem sententiam afferri, sed quae imperativo 'iam nunc subsistite' opponatur), 149, 7 'diducere' pro 'de-', 153, 20 'uermis' pro '-es', 234, 17 'direpit' pro 'derepit', 257, 12 'offendit' pro 'offendet', 285, 2 'distinatus' pro 'de-', apol. 55, 22: 'qſci reſ' pro 'qui scires', flor. 26, 11 'defringerim' pro 'defringerem'. Quare dubium esse debet, quam certa sit lectio 'unguidine' met. 68, 7, cuius nuper G. Friedrich extitit patronus haud spernendus, nisi quod omnes ad unum codices eam exhibere dicit, ubi omnis memoria uno tantum codice F continetur. Atque substantiva in 'edo' exeuntia postea saepius littera i scripta esse Fulgentius demonstrat qui 'dulcido', 'gravido', 'salsido' scripsit[2]); sed Apuleius scripsit certe 'gravedo' met. 245, 2 258, 3 flor. 31, 20, 'dulcedo' met. 33, 8 115, 7 apol. 10, 17 36, 9 57, 7 de d. Socr.

1) Archiv f. lat. Lexikographie XI 332.

2) cf. ind. editionis meae p. 204. Schuchhardt, Vokalism. d. Vulgärlat., Lpz. 1866, I 287. Marx Lucil. I p. CXIV, II p. 286.

17 (27, 11 Th.), 'uredo' met. 99, 4, 'nigredo' met. 32, 11. Qua de causa ego quidem non dubito quin iniuria Friedrich ut Catullo ita Apuleio formas in 'ido' exeuntes attribuerit.

Permutantur *t* et *i*, ut met. 67, 17 'alium' pro 'altum', 201, 16 'tacentis' pro 'iacentis', 269, 19 'pessinumtant' pro 'Pessinuntiam', apol. 14, 5 'ut' pro 'ui', 110, 1 'ſem&' pro 'rem ei', flor. 5, 10 'asii' pro 'Iastium', 12, 14 'coptoris' pro 'comperior', 28, 3 'aui' pro 'aut'.

Permutantur *i* et *l*: met. 115, 10 'sectacula' pro 'secta cuia', 246, 20 'iucunculos' pro 'lucuntulos', flor. 12, 9 'interuiam' pro 'interulam'.

Permutantur *f* et *l*, ut met. 2, 18 'adlectat' pro 'adfectat', vel *ſ* et *l*, ut met. 35, 14 'ſuffulculuſ' pro 'ſuffuſculuſ'.

Permutantur *f* et *ſ*, ut met. 41, 23 'c̄ſerunt' pro 'conferuntur', 80, 12 'forte' pro 'ſorte' et 208, 12 'ſorte' pro 'forte', 244, 12 'aſannaſ' pro 'afannaſ'.

Permutantur *c* et *g*, ut met. 4, 1 'mea gula' pro 'meacula', 237, 9 'supergesserat' pro 'supercesserat', 283, 11 'elicere' pro 'eligere', apol. 38, 19 'merguntur' pro 'mercantur', flor. 40, 8 'abigerent' pro 'abicerent'.

Permutantur *l* et *r*: met. 4, 8 'ingruuiem' pro 'ingluuiem', 260, 8 'uł' pro 'uer', 276, 26 'altum' pro 'artum', apol. 18, 11 'extralio' pro 'extrario', 45, 5 'celebrum' pro 'cerebrum'.

Permutantur saepissime *ſ* et *r*, ut met. 7, 8 'p̄uat' pro 'priuatus', 11, 20 'relaturum' pro 'se laturum', 34, 18 'parcimus' pro 'pascimus', 47, 16 'reueriter' pro 'seueriter', 54, 30 'accessimus' pro 'acerrimus', 57, 19 'decussit' pro 'decurrit', 72, 16 'farcem' pro 'fascem', 73, 18 'cerariſ' pro 'Caesaris', 75, 18 'uelocitati refectum' pro 'uelocitatis effectum', 95, 10 'infertis' pro 'infestis', 96, 6 'reuerenter' pro 'seueriter', 99, 19 'parsim' pro 'passim', 131, 6 'quęrula' pro 'quae sola', 136, 10 'furto' pro 'frusto', 141, 19 et 143, 14 'tenasum' pro 'Taenarum', 162, 2 et 187, 9 permutata 'recta' et 'secta', 181, 9 'accursit' pro 'accurrit', 204, 6 'bęranię' pro 'uaesaniae', 230, 27 'compescunt' pro 'compercunt', 233, 25 'quęrere' pro '-que sese', 291, 17 'raro'

pro 'raso', apol. 15, 25 'docear' pro 'doceas', 46, 4 'iusulentus' pro 'iurulentus', 47, 2 'adeo4 ne' pro 'adeo summe', 48, 13 'beneficiis eum' pro 'ueneficii reum', 51, 22 'accuratorum' pro 'accusat-', 56, 11 'molitus' pro 'molitur', 59, 6 'contenderi uis' pro 'contende si uis'[1]), 61, 11 'ut sumtu' pro 'utrum tu', 72, 14 'tergo retit' pro 'tergo stetit', 86, 10 'se ferat' pro 'referat', 96, 9 'accusari' pro 'accurari', 103, 18 'se' pro 're', 110, 1 'semet' pro 'rem ei'.

Permutantur ſ et *i*, ut met. 135, 19 'coniter nata' pro 'consternata', 61, 22 'nonenſ' pro 'non enim', nec non *r* et *i*, ut met. 146, 6 'piosa pię' pro 'prosapiae'.

Permutantur denique saepissime *b* et *v*, ut met. 64, 2 'eualneis' pro 'e balneis', 72, 25 'ortibi solis' pro 'ortiui solis', 77, 3 'albus' pro 'aluus' et 145, 25 'aluo' pro 'albo' et 220, 14 'albeo' pro 'alueo', 77, 23 et 128, 12 et 207, 25 et 249, 3 'uell-' pro 'bell-', 81, 3 'bos' pro 'uos', 95, 11 'conglouatoque' pro 'conglobatoque', 98, 16 'usurpauit' pro 'usurpabit' — nam sic potius cum vulgata emendes quam cum Oudendorpio 'usurparit' (cf. 270, 7 'nuncupabit' pro '-uit', apol. 93, 10 'adseruabit' pro '-uit', flor. 39, 11 atticissauit' pro '-bit') —, 142, 1 'continaueris' pro 'continaberis', 149, 26 'scauendi' pro 'scabendi', 158, 3 'habete' pro 'hauete', 168, 17 (cf. flor. 26, 14) 'aceru-' pro 'acerb-' et 129, 11 'acerb-' pro 'aceru-', 188, 5 'ualƀ' pro 'ualuis', 195, 9 'gingibas' pro 'gingiuas', 221, 9 'curuata' pro 'turbata', 254, 19 'bilis' pro 'uilis', 257, 27 'ꝓbent' pro 'prouentus', 272, 1 'adlubies' pro 'adluuies', apol. 9, 18 'praelabitur' pro 'praelauitur', 40, 19 'fribola' pro 'friuola', 104, 25 'abeo' pro 'aueo', met. 212, 2 et flor. 10, 10 'libidinis' pro 'liuidis'.

Alia omittam; commemoro tamen ligaturas nonnullas vel compendia inter se permutata; ut ꝑ et ꝓ inter se locum mutarunt met. 13, 11 54, 13 200, 23 242, 24, 271, 9, ꝓ et p̄ met. 200, 24 flor. 14, 19, ꝑ et p̄ met. 255, 1 flor. 20, 3, *ri* et

---

1) Contra libri F testimonium Leky p. 42 proprietates Apulei captans 'contendere uis' defendit, ut habeat sententiam conditionalem quae careat particula.

n flor. 25, 2 ('uanis' pro 'uariis'), & et & met. 41, 13 51, 15 172, 20, quod mendum in 'completamque' pro 'complexamque' scripto (met. 140, 3) idem cognoscitur. Nec minus recta compendii interpretatione sanantur flor. 14, 21, ubi 'uigorē' pro 'uigor est', 16, 21, ubi 'colo ɴ' pro 'color non', 17, 18, ubi 'idē' pro 'id est' legitur.

Saepius *ab* et *ad* inter se permutantur, ut 23, 3, ubi eadem manus mendum correxit, 76, 9 96, 2 121, 20 160, 4 176, 5 204, 13 232, 18.

Sed non omnes textus corruptelas litteris falso lectis factas esse apparet; aliae accedunt causae: non dico de compendiis omissis, ut met. 178, 26 'umbrosu' pro 'umbrosū', 215, 13 'munita' pro 'munitā', 216, 2 'đna ſua' pro 'đnā ſuā', 224, 25 'femina' pro 'feminā', 248, 28 'facie' pro 'faciē, 249, 26 'magna ...diligentia' pro 'magnā... diligentiā', sed afferam litteras in fine vel initio verborum falso repetitas vel omissas. Sic *m* ante vel post *m* perperam additum est met. 12, 21 'quā maxime', 55, 10 'publicā mihi', 187, 25 'ablutum munita' (pro 'unita'), 262, 20 'aspectū minacibus', apol. 64, 1 'gratiam manum', 105, 5 'ſūmeq'; pro 'sum aeque', flor. 12, 6 'eorum memorat' pro 'emerat', 42, 25 'poetā memorant'; omissum est ante *m* vel *n* met. 2, 7 'gloria nobis', 14, 14 'bona meroen', 17, 4 'mantica mea' pro 'manticam meam'— nam omissam priorem '*m*' altera secuta est —, 18, 14 'aetolia nouo', 25, 10 'luxu nepotialem', 32, 10 'lene mellis', 255, 1 'abstinentia mariti' pro 'absentiam', 259, 21 'illa minus', apol. 2, 5 'calumnia magiae', 89, 21 'uice mutauit', flor. 18, 14 'crates te manu' pro 'Cratetem manu', 19, 9 'obtutu magistri'.

De litt. falso repetitis vel omissis

ſ ante *ſ* vel *f* omissum met. 10, 18 'cardine supposito', 40, 21 'gemma formatas', 67, 12 'animo simul', 88, 18 'recurrenti sarcinas', 142, 2 'decidenti sarcinae', 198, 9 'mea futuras', 229, 17 'iuuenis et' pro 'set', 264, 13 'omni scientiae', 272, 7 'alius occis' pro 'soccis', 274, 25 'gestuosu ferebatur'.

ſ vel *f* additum ante vel post *ſ* aut *f* met. 24, 2 'obstinationis suae', 28, 13 'sermones secreto', 30, 1 'aufers for-

midines', 42, 3 'lepidis sermonis', 48, 22 'facies studia', 88, 28 'strepitus scilicet', 102, 22 'noctis sese', 189, 11 'dispersos sed', 196, 25 'deas Syria', 253, 18 'deformis sauiari', apol. 18, 13 'ueris facti' pro 'aeris acti', 19, 3 'duos soles', 28, 19 'conditus splendidissima', 71, 8 'uictimas supplicare', 77, 1 'filios suos Sicinio' pro 'filio suo', 78, 15 'illis sit', 79, 10 'solitudinis suae', flor. 21, 4 'natus samius'.

c item additum met. 273, 21 'hic capillum', omissum 146, 23 'si concinnata' pro 'sic', *t* additum 270, 20 'et tibi' pro 'ibi', apol. 41, 23 'et teudemum', 43, 8 'legit ta quã quã' pro 'aquam', *g* omissum flor. 13, 19 'ac reppus' pro 'ac griphos'.

Eodem modo nescio an intellegas corruptelas quomodo factae sint has: apol. 26, 20 'mendicabula animis' pro 'nimis', 89, 21 'sedulo omissa' pro 'missa', 103, 24 'spei inuitaret' pro 'spe', 44, 17 'hedyphagetica auersibus' pro 'uersibus'; nam hoc quoque loco 'a' mihi potius delendum videtur quam secundum Rossbachii coniecturam speciosam sane quidem in CC corrigendum.

De vocibus inter se mutatis

Sed quod 'animis' pro 'nimis' legitur, etiam alia effici potuit causa; saepius enim librarius syllabas aut litteras temere addidit, ut pro ea quae legebatur voce aliam efficeret, quam sibi ipse mente finxerat. Sic met. 20, 9 'ominare' mutatum est in 'nominare', 21, 1 'properiter' in 'prosperiter', 29, 17 'uel' in 'uolens', 29, 24 et 173, 5 'miris' vel 'mira' in 'miseris' et 'misera', 53, 20 'salutis' in 'salutaris', 86, 7 'obeundum' in 'obediendum', 182, 8 'obiens' in 'oboediens', praestinandi verbum 86, 17 et 246, 12 in 'praedestinatae' et 'praedestinarant', 100, 12 'animi saucia' in 'animis audacia', 103, 3 'uehens' in 'uehemens', 164, 17 'faenum' in 'faeminum', 185, 16 'Charite' in 'charitate', 212, 2 et flor. 10, 10 'liuidis' in 'libidinis', quamquam Leo hic mavult adiectivum cognoscere ad exemplum vocis 'miserinus' formatum, 227, 1 'merce' in 'mercede', 227, 25 'praediis' in 'praesidiis', 229, 1 'mustela etiam' in 'muste laetitiam', 232, 1 'triumpha dum' in 'triumphandum', 234, 17 'tabernula' in 'tabernacula', 255, 1 'absentiam' in 'abstinentia', apol. 21, 8

'oratione' in 'operatione', 43, 8 '[t]aquam' in 'ta quamquam', 46, 23 et 47, 1 'deque' in 'denique', 70, 24 'quem' in 'quemquem', 100, 11 'Iannes' in 'Iohannes', flor. 6, 1 'funerepus' in 'funere plus', 11, 4 'uilitas' in 'utilitas', 13, 1 'in coetu' in 'inceptu', 14, 10 'grauitas' in 'gratia uitas', 25, 13 'accierent' in 'acciperent', 33, 5 'utiquam' in 'ut inquam', 39, 5 'religiosum' in 'religio summo'. Sic denique addito *t* mutatum met. 110, 24 'medicae laboriosam' in 'medica et laboriosam', 220, 2 'libere iam' in 'liber etiam'.

Sed sunt loci quibus litterae non solum additae sunt, sed etiam prorsus mutatae, quia librarius, cum neglegenter verbum inspexisset, aliquod simile menti infixerat; ut met. 10, 14 'puta' scripsit pro 'pote', 59, 19 et 134, 9 'retinentem' pro 'renitentem', 62, 10 'suspicio' pro 'suscipio', 75, 6 'protectus' pro 'frutectis', 75, 16 'proprio' pro 'proripio', 107, 12 'perfida' pro 'perdia', 107, 28 et 158, 12 'atque' pro 'aeque', 140, 20 'in tantis' pro 'infantis', 199, 23 'conspiceret' pro 'concupisceret', apol. 44, 12 'uerum' pro 'utrum', 102, 7 'multo' pro 'mutuo', flor. 14, 6 'comprobatum' pro 'comparatum'.

De terminationibus assimilatis

Alii loci corrupti sunt, quod librarius verbum aliquod ei quod antecedebat vel sequebatur putabat assimilandum esse; scripsit igitur met. 99, 15 'profundi maris' pro 'profundum', 108, 19 'praeceptis maritalis' pro 'praecepti', 116, 9 'turbatis uigiliis' pro 'turbata', 135, 12 'ipsam frugem' pro 'ipsa', 137, 9 'istius orae' pro 'istud horae', 141, 10 'daturam praecipitem' pro 'datura', 149, 25 'uirginis delicatas' pro 'uirgini', 238, 9 'uxoris patris matrisque fratris' pro 'uxori' et 'matri', 261, 4 'sublimis instructus' pro 'sublimi', 116, 18 'inglubię profundę' pro 'profunda', 120, 14 'caesariem ambrosiam' pro 'ambrosia', 135, 24 'amoris uxoris' pro 'uxori', 179, 1 'uenationis indaginis' pro 'indagini', 201, 7 'exortum transactam' pro 'transacta', 263, 15 'fluctuantes pinnulas' pro 'fluctuante spinula', 270, 15 'pompam meam' pro 'mea', 279, 1 'sublimis insignis' pro 'insigni', 288, 26 'pedis ceteros' pro 'cetero', flor. 18, 11 'Crates alias' pro 'alia'.

De vocibus falso distinctis

Saepius librarius, quia verba quae scribebat non satis intellexerat, falso litteras coniunxit; quo facto hic illic lit-

terae etiam mutatae sunt, ut quod verbum esse videretur efficeretur. Corruptelas illas ut perfacile erat emendare, sic Columbi alicuius ingenio et sagacitate opus fuit. Legitur enim met. 7, 13: 'quẽ em hiſ' inducta h, quod ingeniose Koch emendavit in 'quae me nimis', 11, 15 'desertauit & alipsonis' pro 'deserta uice Calypsonis', 63, 13 'amoris' pro 'amor is', 64, 5 'p̄cipitaui ferre' pro 'praecepit auferre', 67, 3 necdũ uitionẽ' pro 'nec domuitionem', 70, 11 'ſęta ſed' pro 'setas et', 96, 14 'tener rationib;' pro 'te narrationibus', 108, 5 'ueneris usurus' pro eo quod Bursian et Rohde sagacissime distinxerunt 'uenerii susurrus', 119, 7 'pernicioſę fuga' pro 'pernici se fuga', 122, 22 'hęc homo canã', quod Iahn coniectura palmari emendavit in 'Echo montanam', 125, 24 'ꝑ meo gedu' pro 'prome agedum', 131, 6 'quęrula' pro 'quae sola', 152, 15 'p̄cepit en puella quae' pro 'praecipitem puellaque', 180, 5 'ppcisset' pro 'pepercit, set', 212, 22 'me tandẽ tru ſũmiſſo' pro 'metam detrusus summisso', 234, 24 'istã tũ' pro 'is tantum', 238, 6 'in eos ipsos sed', quod Rohde cognovit mutandum in 'in eo si posset', aut in apol. 8, 12 'apertum mundum' pro 'aperti immundum', 42, 23 'comperio romanis' pro 'comperior omnis', 45, 7 'umbra Inque' pro 'umbramque', 47, 2 'adeoꝝ me' pro 'adeo summe', 43, 13 'beneficiis eũ' pro 'ueneficii reum', 55, 1 'nominasti sancit' pro 'nominastis an ut', 58, 3 'ęgritudinis accũbunt' pro 'aegritudini succumbunt', 61, 11 'ut sũtu' pro 'utrum tu', 71, 2 'tam uidens' pro 'tam euidens', 106, 21 'uir occurrat' pro 'uiro currat', 113, 6 'mecũ' pro 'me cui'.

De vocibus omissis. Praeterea sententiarum tenor corruptus est et omissis verbis et interiectis; atque lacunis supplendis[1]) memoriae librorum suppeditandum esse et Vlietius demonstravit, hac in re felicius quam in ceteris coniecturis, et ipse illustravi Phil. suppl. IX 525 sqq. nonnullis apologiae locis explicandis; cuius rei non tanti est exempla afferre, quae paginae ipsae hamis inclusa litterisque inclinatis impressa satis aperte

1) met. 136, 16 me iniuria 'caelum' addidisse Kronenberg me per litteras monuit allato Ovid. met. III 150: 'cum croceis inuecta rotis Aurora'.

ostendunt. Unum tantum locum proferam, quia nuper Bluemnerus me docuit ne intellegi quidem quid me ibi offenderet, ut aliquid supplendum putarem. VI 24 convivium deorum describitur: 'poculum . . .. Liber ministrabat, Vulcanus cenam coquebat; Horae rosis . . . . purpurabant omnia, Gratiae spargebant balsama Musaeque uoce canora personabant.' Deinde pergit Apuleius ita, ut perfecto tempore utatur: 'Apollo cantauit ad citharam, Venus suaui musicae suppari gressu formosa saltauit eqs.' Quae temporum mutatio cum me vexaret, mihi in mentem venit similis loci Luciani. Icar. 27: *ἄρτον δὲ ἡ Δημήτηρ παρεῖχε καὶ ὁ Διόνυσος οἶνον καὶ ὁ Ἡρακλῆς κρέα καὶ μύρτα ἡ Ἀφροδίτη καὶ ὁ Ποσειδῶν μαινίδας . . . . . ἔν τε τῷ δείπνῳ ὅ τε Ἀπόλλων ἐκιθάρισε καὶ ὁ Σειληνὸς κόρδακα ὠρχήσατο.* quo loco eadem mutatio iam non offendit, quia novus sententiarum tenor ab *ἐν τῷ δείπνῳ* incipit; adiecto igitur 'inter dapes' vel 'post dapes', quod legitur met. V 3 (105, 12), apparet, cur Apuleius tempora mutaverit.

Sed de altero illo genere pauca addere volumus; nam insertae sunt et voces temere repetitae et explicationes et variae lectiones. Atque repetitiones quae neglegentia librarii factae sunt facile cognoscuntur, etiamsi paulum textui accommodatae sint, ut pro verbis auctoris haberentur; sic met. 7, 12 'diuturnae et dom' ex versu antecedenti sumptum aliquo dumtaxat modo aptum factum est, cum 'dum' scriberetur. Item p. 81, 15 'sedu' ante 'sedulo' falso scriptum, ut aliquid inde eliceretur, in 'sed dum' mutatum est et 'eret iubet' p. 87, 8, quod ex versu antecedenti inculcatum erat, in 'iret iubet'. 127, 15 'adhibenda est', quod librarius a 'prorsus' aberrans ad id quod v. 17 legitur perperam scripserat, ut cum ceteris verbis unam in sententiam coiret, in 'adhibendum est' correctum est. 166, 12 'alio alioquin', quod primo scriptum erat, in 'alios alioquin' transiit. 278, 22 'litterae uotum', quod ex versu sequenti irrepserat, videtur effecisse ut verba genuina suo loco moverentur. Haud aliter apparet 103, 19 'magnae artis' ex verbis sequentibus anteceptum, 129, 12 'uidet' et flor. 15, 6 'auctoritas' ex iis quae

De vocibus insertis

antecesserant, falso repetitum. Facilius etiam convincuntur repetitiones quales 64, 16 'tui tui', 82, 2 'spectatatae', 125, 7 'circumibat at', 156, 16 'quanquam' pro 'quam' aut apol. 43, 8 '[t]aquamquam' pro 'aquam', 70, 24 'quemquem' pro 'quem' aut flor. 13, 15 'infitias', 15, 11 'uicicibus'.

De interpretamentis additis. Sed intricata oritur quaestio iis locis, quibus explicandi causa verba videntur addita, quia apparet de his interpretamentis alium aliter iudicare. Ut met. p. 2, 13 'sudorem' fieri potest ut probemus, si quid addimus aut 'fronte' scribentes vulgatam sequimur, cuius defensor nuper Bluemnerus exstitit.[1]) Idem p. 5, 2 mecum consentit 'cuiatis sim qui sim' ferendum non esse, sed 'qui sim' ut interpretamentum recte delesse Rossbachium, dissentit eo quod 'sum' ante 'Aegiensis' legendum censet, quod illis verbis insertis facile expelli poterat; sed qui legere perget: 'audite et quo quaestu me teneam: melle vel caseo et huiuscemodi cauponarum mercibus', eandem inveniet brevitatem in responsis, quorum utrumque verbo quod facile suppleas caret. 27, 4 loco difficillimo 'statuas' explicandi causa ad 'palmaris deae facies' adiectum esse cognovit Leo, 28, 8 'simulacrum' delevi, quia 'lapis Actaeon simulacrum' probari non posse, sed aut 'lapis' aut 'simulacrum' additamentum esse videbatur. 42, 13 'porrigens' ad 'eminens' interpretandi causa additum esse recte Leo monuit. 90, 23 'ursae', quia cum 'magnificum despoliavit latronem' coniungi nequit, ad 'utero bestiae resecto' explicandum mihi videtur adscriptum esse. Neque dubitari potest quin recte Weyman 'de cubiculo' p. 95, 19 deleverit temere insertum inter 'de domo de thalamo' et 'de toro'. Difficillima tamen quaestio est de verbis p. 99, 15 sq. 'et ipsum quod incipit velle et statim quasi pridem praeceperit, non moratur marinum obsequium;' nam quidquid ex duobus verbis 'et statim' efficiunt — effecerunt autem 'ei st.', 'en st.' 'statim et', 'statim', 'cetus statim' —, omnia mihi quidem sententiarum tenorem turbare potius videntur quam emendare, quoniam arte inter se cohaerent opposita

1) Berl. phil. Wochenschr. 1908 p. 297.

'quod incipit velle' et 'quasi pridem praeceperit'; accedit quod 'statim' non ita aptum est sententiae negativae. Quare mihi quidem persuasi 'et statim' adpositum fuisse ad 'et ipsum quod incipit velle'. 166, 11 'mares ob admissuram ueterem pasti' ita demum probari potest, ut aut 'admissuram' aut 'uenerem', quod certe in 'ueterem' cognoscitur, deleamus, ex quibus utrum additum sit, sano iudicio dubitari nequit, cum alterum poeticum, alterum ex sermone vulgari sumptum sit. 180, 13 'percito atque plagosa crura [uulnera] contegenti' sic non recte legi elucet; 'crura' autem aliquantum adiectivo 'plagosa' defenditur; quare 'uulnera' delendum putavi, praesertim cum quae una laudari potest Bluemneri coniectura '⟨contra⟩ uulnera', tamen propter 'plagosa' non satisfaciat ad sententiam, nisi '⟨contra plura⟩' scribas. Simili modo substantivum ad explicandum locum additum est 215, 20: 'illa sermocinatrix inmodica sic anus incipit', ubi verborum collocatio impedit ne omnia auctorem ipsum scripsisse credamus; sed ne si transponamus quidem, integra evadit sententia, quia aut 'sermocinatrix et inmodica anus' aut quod voluit 'sermocinatrix inmodica' scribendum erat. 261, 8 legitur 'in modum Paridis Frygii pastoris', cum paulo post sequatur (v. 16) 'ei, qui Paris uidebatur;' quodsi priore loco nomen attulisset, vix altero loco sententia relativa usus 'qui uidebatur' pro simplici nomine dixisset; sequitur ut nomen priore loco ad explicanda verba 'Phrygii pastoris' adiunctum sit. Eodem capite (261, 14) gravissimam quaestionem movent verba 'quem caduceum et uirgula Mercurium indicabant'; nec enim caduceus et uirgula quo modo inter se differant, quisquam intellegit; videtur igitur in margine additum fuisse 'uirgula', quod alius in textum ipsum ut recipere posset, particulam 'et' addidit verbumque 'indicabat' duobus substantivis adaptavit. (Cf. p. LX n.)

Tertium est genus additamentorum difficile cognitu, ubi lectio emendata cum falsa in unum coaluit. Sic met. 10, 21 'commodo dum' ortum est. Locus qui legitur 12, 4: 'grabattulus etiam succussus sū eo inquietus' ita aliquid lucis

De lectionibus rectis et falsis in unum coactis

accipit, si ponimus librarium ‘succussus’ scripsisse, emendasse autem superscripto ‘su’, quod ubi in textum ipsum irrepsit, cum voce sequenti ‘meo’ coniunctum est. Item 15, 19 ‘comes et pater meus et frater meus’ aperte ex duabus lectionibus compositum est, cum fieri posset ut ille familiarem aut patrem aut fratrem appellaret, ‘pater’ et ‘frater’ ut iuxta componerentur propter pronomen ‘meus’ interpositum hic fieri non posset. Manifestum est additamentum etiam 16, 3: ‘in alium sermonem intentionem eius denuo deriuo’, ubi ‘denuo’ locum habere poterat, si iam antea in alium sermonem intentio illius derivata esset, nunc non potest; neque digna erat inepta lectio quae defensorem inveniret, quamquam Leky[1]), qua solet securitate, iniuria me ‘denuo’ delesse contendit. Similiter 21, 12 ‘et ecce’ medio enuntiato interpositum eo ortum videtur, quod librarius inter ‘et’ et ‘ec’ vel ‘ecc’ ut saepius haesitaverat. 44, 15 Leo formam ineptam ‘ocinsurrexit’ recte coniecit ita conglutinatam, ut ‘$\overset{o}{c}$insurrexit’ a librario imprudenti in ‘ocin’ mutaretur. 83, 5 ‘uesti’ et ‘te’, 66, 3 ‘amplecterer’ et ‘es’, 123, 6 ‘accersito’ et ‘te’ eodem modo coniuncta sunt. Dubitari potest de ‘improuidae’ 184, 9, quod si recte ex ‘imperoruide’ eruitur, certe ex ‘imp$\overset{ro}{e}$ruide’ ortum putandum est; nam item litterae quae superscriptae erant verbo quod emendandum erat ipsi insertae sunt 204, 2, ubi scripsit librarius aliqui ‘efferatria’ scilicet pro eo quod invenerat ‘effera$\overset{ri}{t}$a’, et 214, 2, ubi ‘irourgeri’ scripsit pro ‘i$\overset{ro}{n}$urg$\overset{a}{e}$ri’. 194, 13 legitur ‘arreptū ad’, quamquam ‘ad’ non habet quo referatur, quod qui factum sit facillime intellegas, si ponas in margine ad ‘ar’ adscriptum ‘ad’ una cum illo in textum inculcatum esse. Nec minus quod turbat sententiarum tenorem ‘omitte’ 270, 4, ubi legitur: ‘mitte iam fletus et lamentationes omitte, depelle maerorem’, delendum esse censui, cum varia esset lectio adscripta ad ‘mitte’. In apologia item p. 40, 23 ‘per

1) l. l. p. 80, 1.

plurimis' et 'os', 43,13 'subent' et 'ant' coniuncta sunt. coniuncta in floridis 14,15 'dummododerationem' ex eo quod perperam scriptum erat 'dummodo' et voce emendata et 31,7 'putem potest', ubi initio librarius aeque erraverat atque qui met. p. 10,14 'puta' scripsit pro 'pote'.

De locis nondum sanatis

Permultas igitur emendandi rationes cognovimus, quoniam quo modo loci corrumperentur perspeximus; tamen etiamnunc nonnulli exstant loci, de quibus cum nostra industria desperarit, speramus alios aut feliciores aut sagaciores futuros esse. In quibus pono met. p. 26, 1: 'cetera corporis execrabiliter ad regulam . . . . congruentia'; 'execrabiliter' vulgari sermone pro 'valde' adhibitum esse ut aliis locis facile concedam, ita hic ne credam me impedit quod matrona digna loquitur, quam talis dicendi ratio minime deceat. Nec minus 30, 16 'ambacu pascuae iurulenta' mihi adhuc sospitatorem videntur non invenisse, quamquam nuper et Hilberg et Hauler[1]) ingeniose haec verba tractarunt, alter cum ex libro Danielis XIV 32 ab aliquo sacrae scripturae perito additum putaret 'Ambacum' i. e. Habacuc, alter cum 'in abaco' legeret interpretatus 'cibi iurulenta in vasculo'; qua in interpretatione offendit certe et asyndeton ante 'ambacu' et inconcinnitas et usus vocis pascuae; asyndeton enim ut probemus, fieri nequit, cum antecedat: 'parabat uiscum' — hoc retinui quamvis dubitanter pro visceribus pulpae oppositis — 'fartim concisum et pulpam frustatim consectam'; in his autem cum aperte singula opposita sint verba, necesse est, si quis Apulei dictionem perpendit, putare tertium quoque membrum eodem modo formatum fuisse neque hic, quod turbat tenorem, 'in abaco' interiectum neque 'iurulenta' adverbio participioque aut certe attributo orbum fuisse. 'Pascua' denique, quod apud Tertullianum pratum, in quo pecus pascatur significat, non pro cibo humano dici posse mihi quidem videtur. Quare cum ipse quo modo ex difficultatibus evaderem non invenissem, tamen adnotare volui facile ex 'pascuae' adiecti-

1) Wiener Studien XXIX (1907) p. 328sqq.

vum 'pasticae' effici, quod ad substantivum aliquod referendum esset. In fabula Amoris et Psychae duo sunt loci qui adhuc remedium expectant, p. 106, 14 conclamatus ille: 'praeter oculos et manibus et auribus Ius nihil sentiebatur' et 136, 18: 'cuius imi gurgites uicinum fontem despiciunt'. Vix erui poterit quid de 'cidit' p. 168, 10 iudicandum sit, eiciendum an emendandum sit. Sed p. 177, 6 'quo clarus eo pecuniae fuit satis locuples' nescio an quis inventurus sit quo pacto corrigatur; Kronenberg quidem litteris ad me datis 'quo — eo' servari posse putat interpretatus 'ut — ita', 'fuit' autem emendandum in 'affatim'; sed ne hoc quidem mihi satisfacere videtur. Neque certa adhuc emendatio apparuit litterarum sacerdotis verba significantium, quibus pios domum dimittit p. 280, 1.

Ceterum recensio Apulei idcirco tantis difficultatibus impeditur, quia singularis et proprietates captans sermo efficit ut saepius dubium sit utrum quid eo dignum sit necne. Tamen monendum est ne hac in re pellecti illis luminibus leges sani iudicii neglegamus. Sic dubito atque etiam dubito scripseritne Apuleius met. p. 75, 6: 'si devius et protectus absconditus sumpto remedio . . . . resurgerem'; potuit certe dicere 'protectus et absconditus', sicut p. 216, 20; 'contectus atque absconditus', sed particula carere nequimus in tribus membris coniunctis; tria autem liceatne probare, id quoque quaeritur; immo facile intellegeremus, qua re librarius adductus esset ut 'frutectis' in id verbum mutaret, cui similis atque quae in adiectivo 'absconditus' inest vis subesset. Neque mihi persuadere possum recte met. p. 261, 16 pronomen demonstrativum omitti, ubi legitur 'malum inauratum dextra gerens, qui Paris videbatur, porrigit'; nec enim nisi fallor, in talibus sententiis pronomine carere possumus, nisi communis fit significatio relativo 'qui'; quod exempla quae idem ille vir doctissimus atque de Apuleio optime meritus[1]) affert ipsa videntur evincere. Apol. c. 16 (19, 24) 'hoc mihi aduersum te usu uenit quod qui forte

1) cf. The Classical Quarterly II p. 310.

constitit in loco lumine conlustrato' et 102 (113, 13) 'eminiscimini quod respondeatis qui uos ita rogarit' dicere licebat, quia relativum usurpatum est pro 'si quis';[1]) illo autem loco si abest pronomen 'ei', 'qui' quo pertineat vix distinguendum est. Imprimis Leky nimia fiducia librorum memoriam secutus, si quid molesti et miri traditur, quasi ἕρμαιον sibi videtur invenisse, quod quacumque ratione defendendum sit. Sed haec nunc omitto, quia alio loco satis tractavi.[2])

De editionibus non dicam nisi de ultimis; nam ex vetustioribus una Floridi in usum delphini editio Parisiis 1688 facta quae laudibus iam efferatur digna est, quia 'index accuratissimus vocum omnium Latinarum quae in Apulei operibus reperiuntur' in eius calce adiectus est. Nam ceterae quidquid boni continebant, omnia congesta sunt ab Oudendorpio, cuius editionem, cum eo vivo bibliopolam non invenisset, post eius mortem Ruhnkenius et Bosscha Lugduni Batavorum a. 1786 et 1823 publici iuris fecerunt. Quae editio quamquam nunc multo minoris venire solet, tamen maioris pretii est quam Hildebrandiana farrago Lipsiae 1842 emissa, quam iam incredibili pretio licere audent; nam quae ille de suo ingenio addidit, rarissime verbis Apulei remedium attulerunt. Magis Eyssenhardtii (Berol. 1869) et Kruegeri (Berol. 1864 et 65) operae ei profuerunt; sed ille neglectis adnotationibus priorum virorum doctorum memoriam tantum librorum tumultuario labore typis imprimendam curavit et id quidem nonnullis locis neglegenter, hunc collationibus usum in apologia a Iosepho Mueller mirum quanta levitate, in floridis a Guilelmo Studemund egregia qua solebat diligentia confectis apparet in illa minus quam in his profecisse, quamquam studio laudabili in Apulei opera incubuit. Extremus editor exstitit I. van der Vliet, quem non

De editionibus Apulei

1) cf. Kühner, Lat. Gramm. II 849, 12. Vahlen, Opusc. acad. I 40 sq.: Atque hoc in omnibus his exemplis agnoscitur, pronominis relativi ad universam sententiam relati vim eam esse quam planius et ad Germanicum morem dicendi accommodatius per 'si quis' explicare possis.

2) cf. Berliner phil. Wochenschr. XXIX (1909) 395 sqq.

nego in restituendis auctoris verbis lacunisque supplendis hic illic bonam frugem contulisse, sed libidinem vel ut ita dicam pruriginem coniectandi cum minime refrenaret neque quae a viris doctis adnotata erant satis respiceret, librorum Mediceorum denique lectiones non ea qua par erat subtilitate aut excuteret aut indicaret, necessarium videbatur esse in locum huius editionis, quamquam modo prodierat, novam substituere. Qua in conficienda primum conatus sum quam accuratissime possem memoriam librorum Mediceorum afferre; quare cum Vlietius codicem φ contulisset, F prorsus neglexisset, ipse anno 1900 codicem F contuli atque dubios locos iterum atque iterum examinavi; domi autem postquam recensui Apulei opera, iterum Florentiam profectus anno 1903 duos codices iuxta compositos inspexi, ubicumque codicis F lectio non satis liquida emendationibusque obscurata erat, ut ex φ elicerem quae in F scripta fuissent. Si quid dubii exstabat, cum typis imprimendum curarem librum, Enricus Rostagno qua solet benignitate de iis locis certiorem me fecit. Quae cum ita sint, quamvis haud ignorem me hominem esse, hominis autem errare, id certe scio errores quam paucissimos esse atque postulo ut quibus locis a prioribus editoribus in afferendis variis lectionibus dissentio, iis omnibus mihi fides habeatur. Aegre nunc fero, quamquam quomodo fieri potuerit non intellego, quod non omnibus illis locis dissensionem meam expressis verbis notavi; nam fuerunt iam et erunt certe semper quibus dubitatio quaedam oriatur, ubi alia in meo alia in Vlietii apparatu critico allata viderint. Sic Kronenbergius per litteras ex me quaesivit, verene met. p. 158,6 'corpore' legeretur in libris scriptis, quod neglegentia Eyssenhardtii omissum Vlietium fugerat, ut ipse lacunam sibi supplendam putaret, et p. 236,13 'diductum', quod in codice F aperte scriptum esse neque Eyssenhardtius neque Vlietius animadverterunt, et 288,24 'similis ut', ubi quia Eyssenhardt Stewechii coniecturam 'simile sit' receperat, Vlietius sua collatione deceptus in F 'similis sit ut' indicavit legi. Neque aliter Haulerus videtur dubitare, rectene 'et' ante 'ambacupascuae' met.

p. 30,16 omiserim, quod certe in libris scriptis non exstat, sed ex Eyssenhardtii editione, quia eius apparatus non ea quae necessaria erat diligentia codicis lectionem indicabat, in Vlietianam irrepsit. Atque hac re concedo iudicium quam maxime labefactari, quod non modo silentio Vlietii, sed etiam adnotationibus ipsis fides deroganda est, plerique autem homines iure verentur tantam neglegentiam viro docto crimini dare; attamen res ita se habet; quod ipse cum Florentiae versarer ita, ut extra dubium poneretur, cognoscere potui, quia Vlietii apparatum cum codice ipso comparavi. Plura exempla afferre me taedet, ne obtrectandi cupidus videar; sat est ad ea relegare quae de editione Vlietiana in hebdomadario philologorum [1]) iudicavi. Alterum munus editoris id putavi, ut quam maxime in Apulei sermonem ipsum inquirerem eamque unicam normam existimarem, ad quam auctoris verba essent restituenda; qua in re non satis exprimo quantopere Floridi indice verborum adiutus sim. Omnia ut recte perspicerem fieri non potuisse ipse satis superque cognovi, attamen nonnulla me profecisse gaudeo quod iam exstitit qui ingenue praedicaret [2]) iudex gravissimus.

Sed iam portum intravimus neque restat nisi officium gratissimum, ut scilicet gratias agamus iis qui nobis in hoc opere qualicumque operam suam non deesse voluerunt. Ex quibus humanissimum conservatorem thesaurorum, qui in bibliotheca Laurentiana conditi sunt, Enricum Rostagno, iam nominatim attuli, qui non fatigatus est iteratis meis quaestionibus, sed accuratissime de iis quae interrogaveram respondit. Neque minus O. Plasberg me adiuvit, cum molestam operam errorum typothetae emendandorum in metamorphosibus et apologia mecum susciperet. Apologiae schedulas liberalissime Robertus Novák perlegit, qui tum quaestiones Apuleianas diligentissimas et laude eximia dignas edebat, atque mecum quid ipse de singulis locis iudicaret,

1) Wochenschr. für klass. Philol. XVII (1900) p. 945.
2) cf. Schmalz, Berliner phil. Wochenschr. XXVIII (1908) p. 1133 sq.

communicavit. Denique Fridericus Leo, ut solet aliorum studiis praesto esse, me beneficiis suis obligavit atque obstrinxit, cum sua sponte schedulas legens[1]) permulta aut emendaret aut digna quae examinarentur adnotaret; cui ut demonstrarem quantum me ipse debere scirem, hanc Apulei editionem sacram esse volui; velim certe atque pervelim eius nomine digna sit.

1) Praefationem cum liberaliter mecum legeret ab erroribus typothetae vindicans, amicus Georgius Wentzel me monuit hymno Homerico tertio Mercurio ab Apolline et *μάστιγα* v. 497 et *ῥάβδον* v. 529 donari (cf. The Homeric Hymns by Allen and Sikes Lond. 1904 p. 190 ad v. 529: *ῥάβδον* not to be confused with the *μάστιγα φαεινήν* (497), which had already been given to Hermes as god of cattle). Quod commemoratum volo, quamquam, pertineatne ad locum Apuleianum met. 261,14, quem supra (p. LIII) tractavi, dubito.

Hos locos velim emendes:

Vol. I p. VII legas: Purser Hermath. XIV (1906) n. XXXII 35 sqq.
p. VII legas: Schober De Ap. met. composit. numerosa diss. Hal. 1904
p. 22,11 legas in app. crit.: V 31 XI 6, sed VI 18 VII 25
p. 22,15 legas in app. crit.: *em. Seyffert*
p. 24,11 legas in app. crit.: balbuttiens
p. 39,2 legas: uortam;
p. 47 3 legas: mus*ici*
p. 51,10 legas in app. crit.: ⟨in⟩uadimus *Stewech*
p. 80,1 legas in app. crit.: *de Rooy*
p. 92,18 legas: re[li]gionis
p. 97,16 legas in app. crit.: legere-tur
p. 102,23 legas in app. crit.: *supra a eras*˜
p. 136,16 legas: commodum incquitante (cf. p. L)
p. 149,11 legas: prostrata
p. 160,24 legas: uituperanti
p. 246,20 legas: lucuntulos (cf. p. XLIV)
p. 263,22 legas: praecipuam
p. 291,14 legas in app. crit.: *ex v. 15*

Vol. II 1 p. 31,16 sq. legas: philosophis
p. 49,2 legas: etiam
p. 54,22 legas: tempestiuum *et* parti-cipant
p. 56,21 legas in app. crit.: molitur *Rossbach*
p. 196,9 legas in app. crit.: ponimus *met. IX 13 (212,11)*: quid uel ad quemmodum *Min. Fel. 10,3*: unde autem uel quis ille
p. 115 legas s. v Homerus: 8,17. 22,12 *et* 46,17. 92,3

Index virorum doctorum,
quorum coniecturae in Apologiae apparatu critico commemorantur.

(Quorum commenta Oudendorpius sive Bosscha congessit, asterisco significantur.)

Oud. *Kr*

2 Vt ferme religiosis uiantium moris est, cum aliqui lucus **1** *1*
aut aliqui locus sanctus in uia oblatus est, uotum po-
3 stulare, pomum adponere, paulisper adsidere: ita mihi
ingresso sanctissimam istam ciuitatem, quanquam oppido
festine⟨*m*⟩, praefanda uenia et habenda oratio et inhibenda
4 properatio est. neque enim iustius religiosam moram uia-
tori obiecerit aut ara floribus redimita aut spelunca *frondi*-
bus inumbrata aut quercus cornibus onerata aut fagus pel-
libus coronata, uel enim colliculus sepimine consecratus uel
5 truncus dolamine effigiatus uel cespes libamine umigatus
6 uel lapis unguine delibutus. parua haec quippe et quan-
quam paucis percontantibus adorata, tamen ignorantibus
transcursa.

* * * At non itidem maior meus Socrates, qui cum deco- **2**
rum adulescentem et diutule tacentem conspicatus foret,
'ut te uideam', inquit, 'aliquid et loquere.' scilicet Socrates *2*
tacentem hominem non uidebat; etenim arbitrabatur homi-

F 184ᵃ. φ 73ᵇ. FLORIDORVM LIBER. I. *add. al. m.* φ: APVLEI PLATONICI FLORIDO♃ lib I' 1 religiosi *Becichem* 2 aut alius locus *Stewech* 2/3 ueniam postulare uotum apponere *Fulv* uot *interpret.* '*id quod quis cupit*' *Leo* praestare? *He* donum apponere *Lips sed de pomis cf. Prop. IV 2, 17* 5 feſtine (φ) *em. Oud cf. 42,12* festini *Lips* festino *Fruter* 7/8 florib; (φ, *supra add.* frondib') 8 coronis ornata *Fulv sed cf. schol. ad Aristoph Plut. 943* honorata *Scott* 9 uel leui *Colv* uel leni *vir doct.* uel etiam *v cf. apol. 88 (97, 21) de deo Socr. 9 (17, 14 Th) Langen Beitr. z. Kritik u. Erklärg. d. Plaut. Lps. 1880 p. 261 sqq.* 10 fumigat; *sed* f *add. al. m.* (φ) humigatus *v* 12 paulisper cunctantibus *Kronenberg* adoratam̃ (ta *supra*) *(em. ead. m.)* ⟨plerisque⟩ tamen *vd Vl* ⟨plurimis⟩t. *Rohde cf. apol. 12 (13, 25 sq.)* 14 mei *Soping cf. apol. 36 (41, 22)* 16 et loq.] eloquere *v*

nes non oculorum, sed mentis acie et animi obtutu considerandos. nec ista re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait: 'pluris est oculatus testis unus quam auriti decem.' i*m*mo enimuero hunc uersum ille ad exa*min*andos homines conuerterat: pluris est auritus testis unus quam oculati
7 decem. ceterum si magis pollerent oculorum quam animi iudicia, profecto de sapientia foret aquilae concedendum. homines enim neque longule dissita neque proxume adsita possumus ‖ cernere, uerum omnes quo[d]dam modo caecutimus; ac si ad oculos et optutum istum terrenum redigas et hebetem, profecto uerissime poeta egregius dixit uelut nebulam nobis ob oculos *o*ffusam nec cernere nos nisi intra lapidis iactum ualere. aquila enimuero cum se nubium tenus altissime sublima*u*it euecta alis totum istud spatium,
8 qua pluitur et ninguitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso, *ut i*ta dixerim, solo aetheris et fastigio hiemis — cum igitur eo sese aquila extulit, nutu clementi laeuorsum uel dextrorsum tanta mole corporis labitur, uelificatas alas quo libuit aduertens modico caudae gu[r]bernaculo, inde cuncta despiciens ibidem pinnarum emin*ens* indefessa remigia ac paulisper cunctabundo uolatu

F 184ᵃ φ 73ᵇ. 2 pla^ti^uno/mi-lite (^ti^ *add. ead. m.*) *cf.* ***Plaut. Truc.* 489** 4 Inimo φ: in uno *em.* *v* ille (φ) e *ex* u *ead. m. eff.* exanimandoſ (ni *ex* m *eff. ead. m.*) φ: ex—a^in^mandoſ (^in^ *vid. al. m. add.*) 5 conuerteret *Lips* conuerterit *Fruter* 9 om̄ſ qd dā̃ (φ, *sed em. al. aut ead. m.*) 9/10 cecu*tim; (ſeras.) **10** dirigas *Marcil* ⟨cuncta⟩ redigas *Rohde* ⟨res⟩ red. *Purser Brakman* 11 poeta (a *ex* e *inter scribend. eff. ead. m.*) *cf.* ***Hom. Il. III 12*** 12 effuſā (φ) *em. Leo* 13 enimuero *cf.* ***Phil. suppl. IX* 573 *sqq.*** 14 ſublimabit (φ) b *mut. in* v *al. m.* 16 t^t^uta (*vid. fuisse* uta *supra add.* ^t^, *deinde al. m.* t *in linea add.*) φ: ut ita *in ras. ab ead. m. script.* 17 hiemis *i. e. tempestatis* (χειμῶνος) aeris *Rohde* natatu *Heins* nisu *vir doct.* 18 tota *Stewech* 20 gurbernaculo *em.* φ itidem ? *Kr* iubibens *Heins* innitensque *Oud.* 21 emin: (φ) *del. putat Kr*, *post* despiciens *transpos. vdVl* remittens *Thomas* eminens *He* *cf. met. II 21* (*42, 13*) *VI 15* (*140, 5 sq.*) remigio *Scal* pinnaminis indefesso remigio *Groslot*

Oud. *Kr.*

paene eodem loco pendula circumtuetur et quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese ruat fulminis uicem,
9 de caelo inprouisa simul campis pecua simul montibus feras 3 simul | homines urbibus uno optutu sub eodem impetu cernens, unde rostro tran⟨s⟩fodiat, unde unguibus inuncet uel agnum incuriosum uel leporem meticulosum uel quodcunque esui animatum uel laniatui fors obtulit.

Hyagnis fuit, ut fando accepimus, Marsyae tibicinis pater 3
10 et magister, rudibus adhuc musicae saeculis solus ante alios ca[n]tus canere, nondum quidem tam [in]f⟨l⟩exanimo sono nec tam[en] pluriformi modo nec tam[en] multiforatili tibia; quippe adhuc ars ista repertu nouo commodum oriebatur.
11 nec quicquam omnium est quod po⟨s⟩sit in primordio sui perfici, sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum quam rei experimentum. prorsus igitur ante Hyagni⟨n⟩ nihil aliud plerique callebant quam Vergilianus upilio seu busequa, 'stridenti miserum stipula disperdere carmen.' quod si quis uidebatur paulo largius in arte ‖ promouisse, ei quoque tamen mos fuit una tibia uelut una tuba personare. primus Hyagnis in canendo manus discapedinauit,

F 184[ab]. φ 73[b] 74[a]. 2 feſeruat (φ, *sed postea eff. al. ut vid. m.* ſe pruat) 2/3 fulm. — inprouisa *uno tenore legit Thomas, ante* de *distinguunt v, fort. graviter distinguend. cf. ad v. 4* inprouiso *H Mueller* 4 urbibus homines *Oud aut* conspicit *post* obtutu *supplendum aut enuntiati partem post* obtulit *periisse putat He* 5 tranſodiat *em.* φ 6 curiosum *Beroald* 7 esui *post* anim. *transposuit Scriver* aĩatũ (φ) ~ *eras.* animantum *Florid* laniatũ (φ laniatui *Dousa* lanatum *ed Iunt. Ald.* inanimatum *Becichem* alatum *vel* lauatum *Wower* 8 hiagniſ(φ) *em. v* marſie (φ) 9 solus] solers *Lips* solitus *vel v. 10* catus *Colv* 10 cantuſ (φ) *em. Colv* canere *'canebat' interpret. Pyrrhus* infexa aĩa φ: ĩfixa aĩa inflexa anima *Colv* flexanimo *Lips* inflexae animae *Oud* inflexo animae *Kr. coll. Cic. or. 17, 57* 11 tam φ: tn *em. v* pluriformis tam (φ) *em. v* t[illegible]is *em.* φ 12 ar[s s] (*ead. m. add., eras.* e) 13 p[s]oit (*al. m. add.*) *em.* φ 15 hiagni (φ) 16 nichil φ, *ut semper* upilio (h *del. punct., prior.* o *ex* u *eff. al. m.*) φ: upilio (u *in ras.*) 17 buſequa (φ) *al. m. supra* u *add.* [s] *cf. Verg. ecl. 3, 27* 18 longius *Scioppius*

Oud. *Kr.*

primus duas tibias uno spiritu animauit, primus laeuis et dexteris foraminibus, acuto tinnitu et graui bombo, concentum musicum miscuit. eo genitus Marsyas cum in artificio patrissaret tibicinii, *Phryx* cetera et barbarus, uultu ferino, *12* trux, hispidus, inlutibarbus, spinis et pilis obsitus fertur — pro nefas — cum Apolline certauisse, tae*t*er cum decoro, *4* *13* agrestis cum erudito, belua cum deo. Musae cum Minerua dissimulamenti gratia iudices adstitere, ad deridendam scilicet monstri illius barbariam nec minus ad stoliditatem poeniendam. sed Marsyas, quod stultitiae maximum specimen, non intellegens se derisiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se et Apolline quaedam deliramenta barbare effuttiuit, laudans sese, quod erat et coma relicinus et barba squalidus et pectore hirsutus et arte tibicen et *14* fortuna egen*us*: contra Apollinem — ridiculum dictu — aduersis uirtutibus culpabat, quod Apollo esset et coma intonsus *et* genis gratus et corpore glabellus et arte multiscius et fortuna opulentus. 'iam primum', inquit, 'crines eius praemulsis antiis et promulsis caproneis anteuent*u*li et pro- *15* penduli, corpus totum gratissimum, membra nitida, lingua fatidica, seu tute oratione seu uersibus malis, utrubique

F 184ᵇ. φ 74ᵃ. 1 leuiſ (φ) 3 eo. Genit; *em.* φ marſia[s] ([s]*ead. m. add.*) (φ) 4 prhyx 5 inlutibar|bar |buſ (bar *in confinio vers. additum punctis del. al. m.*) *em. al. m. in* φ obſit;.Fert[2] (φ) 6 *aeſer (*eras. vid. litt.* t, *quae coibat cum antecedent.* e *in compendium* &; *in mg. m. recentiss.* c̄ aeger) φ: teter *in ras. al. m.* Thersites *vel* turpis *v* 7 sus cum Minerua *v* 9/10 peniendā φ: puniendā 12 inflar& *sed ras.* & *mut. in* e (φ) 13 effuttiuit (φ) *sed cf. apol. 3 (4, 3) met. X 10 (244, 12)* 14 barba* (*eras.* ſ *antea induct.*)

tibicen] unimodus *Brakman* 15 fortunę[a] egenaſ ([a]*supra* ę *et* e *ante* g *add. al. m., punct. infra* a *vid. prim. addid.*) φ: fortuna egenſ (a egenſ *in ras. al. m.*) 16 Apollo *del. Kr*

17 ſer (*nescio an ante* ſ *fuerit* i *vel* e, *extrema* ſ *verbi* intonſuſ *et* r *induct.*) φ: *et (*eras.* ſ, t *corr. effect.*) 19 praemissis *Colv* promissis *Lips* remulsis *Salm* &p̄mulſiſ(φ) & *vid. induct.* anteuentili (φ) *em. v cf. met. IX 30 (225, 21)* 20 gracilissimus? *Leo* 21 tute] soluta *Heins* ut ubique (*prior* u *ex* a *eff. ead. m., ead. ut vid. interpos.* r) φ: ut[o]biq;

Oud. *Kr.*

facundia aequipari. quid quod et uestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians? quid quod et lyra eius | auro fulgurat, ebore candicat, gemmis uariegat? quid quod et doc-
16 tissime et gratissime cantilat? haec omnia', inquit, 'blandimenta nequaquam uirtuti decora, sed luxuriae accommodata': contra corporis sui qualitatem prae se maximam speciem ostentare. risere Musae cum audirent hoc genus crimina sapienti exoptanda || Apollini obiectata, et tibicinem illum certamine superatum uelut ursum bipedem corio exsecto nudis et laceris uisceribus reliquerunt. ita Marsyas in poenam cecinit et cecidit. enimuero Apollinem tam humilis uictoriae puditum est.

Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis uoculae melleus **4**
17 modulator et idem omnimodis peritus modificator, seu tu *5*
uelles Aeolion simplex siue ⟨*I*⟩*asti*⟨*um*⟩ uarium seu *Ly*dium querulum seu Phrygium religiosum seu Dorium bellicosum. is igitur cum esset in *ti*bicinio adprime nobilis, nihil aeque se laborare et animo angi et mente dicebat, quam quod
18 monumentarii ceraulae tibicines dicerentur. sed ferret aequo animo hanc nominum communionem, si mimos spectauisset: animaduerteret illic paene simili purpura alios praesidere, alios uapulare; itidem si munera nostra spectaret: nam illic quoque uideret hominem praesidere, hominem depugnare: togam quoque parari et uoto et funeri, item pallio cadauera operiri et philosophos amiciri.

*** Bono enim studio in theatrum conuenistis, ut qui **5**
sciatis non locum auctoritatem orationi derogare, sed cum primis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas.

F 184b. φ 74a. 2 molif [1] *(em. ead. m.)* 3 candidat (*poster.* d *indux. et* c*superscrips. ead. m.*) φ: candicat uariegatur *Heins* 4 cantillat *v cf. met. IV 8* (*80, 9*) *flor. 17* (*32, 22*) 6 squalitatem *Brant* per se *Contaren* temperantiae? *Leo* 8 tibicinẽ* 11 cecinit (n *in ras. ex* d *eff. pr. m.*) enimuero *cf. p. 2, 13* 14 omnis modi *ed. Iunt. post.* omnibus modis *Oud* 15 uelleſęolion (*al. m. recte distinx.*) afii (φ) Iastium *Glarean cf. met. X 31* (*262, 11*) lidiũ (φ) Ludium ? *He cf. IV 33* (*101, 12*) 17 tybicinio *em.* φ at | prime (*supra t vid. eras.*d) φ: adprime 18 quã *supra lin. add. ead. m., exstat in* φ

Oud. *Kr.*

nam si mimus est, riseris, si funerep[l]us, timueris, si comoedia est, faueris, si philosophus, didiceris.

19 Indi, gens populosa cultoribus et finibus maxima, procul a nobis ad orientem siti, prope oceani reflexus et solis exortus, primis sideribus, ultimis terris, super Aegyptios eruditos et Iudaeos superstitiosos et Nabathaeos mercatores et fluxos uestium Arsacidas et frugum pauperes Ityraeos et odorum diuites Arabas — eorum igitur Indorum non aeque miror eboris strues et piperis messes et cinnami merces et ferri temperacula et argenti metalla et auri fluenta, nec quod Ganges apud eos unus omnium amnium maximus **6**

> eois regnator aquis in flumina centum *6*
> discurrit, centum ualles illi oraque centum,
> *20* oceanique fretis centeno iungitur amni,

nec quod isdem Indis ibidem sitis ad nascentem diem tamen in corpore color noctis est, nec quod aput illos immensi dracones cum immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant: quippe lubrico uolumine indepti reuinciunt, *ut* illis expedire gressum nequeuntibus uel omnino abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicas necesse sit ultionem a ruina molis suae petere ac retentores suos toto corpore oblidere. sunt apud illos et uaria colentium genera — libentius ego de miraculis hominum quam naturae disseruerim —; est apud illos genus, qui

F 184^{b}. 185^{a}. φ 74^{ab}. 1 funere^{9} pluſ(φ)^{9} *add. al. m.; em. m. recentiss. in* φ 1/2 comoedus *Modius* 3 Indi/genſ(φ) 4 refluxus *Lindenbrog* 6 nabatheoſ 7 *ityręoſ (*eras.* ſ) 9 ęquę *em. ead. m.* 18 elephantiſ (φ) ph *ex* f *corr. ead. m.* 19 quippe* (*eras. vid.* & *aut* il) lubrico *ead. m. in mg. add.* quippe ⟨hi⟩ *vdVl* ⟨qui⟩ *Brakman* 20 implexi *Colv* et (φ) *em. Florid* nequntib; (e *supra* qu) (*vid. fuisse* neq; ũtib; *quod propter litterae* n *fals. formam pr. m. em.*) φ: neq; ũtib: (ũ *in ras.*) 22 ſit(φ) fit (*servato* et *v. 20*) *ed. Bas.* 23 sunt — genera *post* disseruerim *collocand. putat Kr* 24 ego] enim *vdVl* 25 φ: genuſ hoĩũ ч

Oud. *Kr.*

nihil amplius quam bubulcitare nouere, ideoque ad[co]gno-
21 men illis bubulcis inditum. sunt et mutandis mercibus callidi et obeundis proeliis strenui uel sagittis eminus uel ensibus comminus. est praeterea genus apud illos praestabile, gymnosophistae uocantur. hos ego maxime admiror, quod homines sunt periti non propagandae uitis nec inoculandae arboris nec proscindendi soli: non illi norunt aruum colere uel aurum colare uel equum domare uel taurum subigere uel ouem uel capram tondere uel pascere. quid
22 igitur est? unum pro his omnibus norunt: sapientiam percolunt tam magistri senes quam discipuli iuniores. nec quicquam aeque penes illos laudo, quam quod torporem animi et otium oderunt. igitur ubi mensa posita, priusquam edulia adponantur, omnes adolescentes ex diuersis locis et officiis ad dapem conueniunt; magistri perrogant, quod fac- 7
tum a lucis ortu ad illud diei bonum feceri⟨n⟩t. hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspicione amicos ex infensis reddidisse; itidem alius sese parentibus quaepiam imperantibus oboedisse, et alius aliquid meditatione sua repperisse uel alterius demonstratione didicisse. ⟨*alia*⟩ denique

F 185ª. φ 74ᵇ. 1 idq; adco | gnom̄ (φ) *def. Rohde* idque adeo cognomen *Colv* ideoque cognomen *Wower* ideoque ad cogn. *Scal* inde adeo cogn. *Piccart* ideoque id cogn. *Rycquius* ideoque adeo cogn. *Kr* idque adgnomen *vdVl coll. apol. 56 (64, 7)* indeque cogn. *Hild* adque cogn. *Leo* co *i. e.* eo *falso loco addit. in suum redire iusserunt He Leky* 6/7 inoculande* (e *ex* aſ *eff.*) arboriſ φ: īoculandaſ arboreſ 7 aruum* (*eras.* &) 8 aurum] uuam *Oud* do(in)nare (n *induct.*; (m) *add. ead. m.*) φ: domare 11 minores *v* 13 priuſ priuſquā (*poster.* priuſ *induct.*) 14 adoleſcenteſ (φ) o *ex* u *eff. ead. m.* 16 fecerīt (*al. ut vid. m. add.*) φ: fecerit *def. subaudito* quisque *Oud* 18/19 infenſi⁹ (⁹ *al. m. add., voluitne*ˢ?) φ: infenſiu ſ 21 didiciſſe* (*eras.*) *vix* denique *interpretand.* '*deinceps*' (*cf. Hand Tursellin. II 265*); *nam Plaut. Pers. 452 aliter explicat Leo* ⟨alia⟩ denique *He* ⟨sua⟩ *Leo* denique — commem. *del. Mueller Brakman* ⟨cetera⟩ ceteri *vdVl*

ceteri commemorant. qui nihil habet ad[d]ferre cur prandeat, inpransus ad opus foras extruditur.

Alexandro illi, longe omnium excellentissimo regi, cui 7
23 ex rebus actis et auctis cognomentum magno inditum est, ne uir unicam gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur — nam solus ⟨a⟩ condito aeuo, quantum hominum memoria extat, inexuperabili imperio orbis auctus fortuna sua maior fuit suc|cessusque eius amplissimo⟨s⟩ et prouocauit
24 ut strenuus et aequiperauit ut meritus et superauit ut melior, solusque sine aemulo clarus, adeo ut nemo eius audeat uirtutem uel sperare, fortunam uel optare —, eius igitur Alexandri multa sublimia facinora et praeclara edita fatigaberis admirando uel belli ausa uel domi prouisa, quae omnia adgressus est meus Clemens, eruditissimus et suauissimus poetarum, pulcherrimo carmine inlustrare; sed cum primis Alexandri illud praeclarum, quod imaginem suam, quo certior posteris proderetur, noluit a multis artificibus uulgo contaminari, sed edixit uniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temere adsimularet aere, colore, caelamine, *cum* saepe solus eam Pol*y*cletus aere duceret, solus Apelles coloribus deliniaret, solus Pyrgoteles caelamine excuderet;
25 praeter hos tris multo nobilissimos in suis artificiis si quis uspiam repperiretur alius sanctissimae imagini regis manus 8
admolitus, haud secus in eum quam in sacrilegum uindi-

F 185ª φ 74ᵇ. 1 commemorant *del. Toll lac statuit Kr* addferre φ: afferre adofferre *v* habeat offerre *Oud* 3 *anacoluthon iniuria emendare conati sunt vv. dd. cf. Phil. suppl. IX 518*
6 ⟨a⟩ condito *v* 8 amplissimo· (*sic*) φ: amplissimos (o *in ras. ut vid. ex* u *eff.*) 10 que *delend. putat vdVl* 11 uel sperare uirtutem uel optare fortunam *ed. Bas. post.* 12 edicta *Brant*
12/13 fatigaueris (φ) *al. m. mut.* u *in* b 15/16 cū prim; (φ) *em. v* 19 adsimular& (*al. m.* d *mut. in* s) 20 qn sępe (φ) *supplendumne 'edixit'?* cum saepe *Leo* saepe *del. Sciopp* quin saepe *del. Mueller* quidni s. *vel* quippeni s. *Stewech* quippe *Heins* ipse *Becichem*: *vim vocis* saepe *imminutam putat Loefstedt cf. Beitr. p. 43 sqq.* policlites (corr. e, v above) (*em. ead. m.*) Lysippus *Elmenh*
22 hostis *em. ead. m. et in mg. add. al. m.* hos tres φ: hostris (tris *in ras.*)

Oud. Kr.

caturum. eo igitur omnium metu factum, solus Alexander ut ubique imaginum sim⟨*illim*⟩us ¦ esset, utique omnibus statuis et tabulis et toreumatis idem uigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma uiridis
26 iuuentae, eadem gratia relicinae frontis cerneretur. quod utinam pari exemplo philosophiae edictum ualeret, ne qui imaginem eius temere adsimularet, uti pauci boni artifices, idem probe eruditi omnifariam sapientiae studium contemplarent, neu rudes, sordidi, imperiti pallio tenus filosophos imitarentur et disciplinam regalem tam ad bene dicendum quam ad bene uiuendum repertam male dicendo et similiter uiuendo contaminarent. quod utrumque scilicet perfacile est. quae enim facilior res quam linguae rabies et uilitas morum, alter*a* ex aliorum contemptu, alter*a* ex sui ⟨*nata*⟩? nam uiliter semet ipsum colere sui contemptus est, barbare
27 alios insectari audientium contumelia est. an non summam contumeliam uobis imponit, qui uos arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui uos existimat mala et uitiosa uerba non intellegere aut, si intellegatis, boni consulere? quis ex rupiconibus, baiolis, tabernariis tam infans est, ut, si pallium accipere uelit, ⟨*non*⟩ disertius maledicat?

*** Hic enim plus *s*ibi debet quam dignitati, quanquam 8
nec haec illi sit cum aliis promiscua; nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci ¦ nobiles

F 185ᵃᵇ. φ 74ᵇ. 75ᵃ. 2 ſimuſ (φ) similis *Florid* simillimus *He Brakman* suus *Pric* sui simillimus *Heins* imaginis simillimus *Contaren* 3 toreumatibuſ (bu *del. ead. m.*) φ: toreumatiſ 4 ingeniũ (*al. m. punct. add.*) φ: ĩgeniũ (ĩ *eras. vid.*) honoris] herois *Colv* hominis *Oud* imperatoris *Mueller* 5 relucinae *Roensch sed Plin. n. h. XXXVII 14 cft. Ott* 7 adſimularent *Kr* 10 imitarent *Hild* disciplinae regulam *Sciopp* 13 reſ../ (*sign. interrogation.*) φ: reſ ē 14 alt̄ *bis* (ū *add. m. recentiss.*) φ: alt̄ *bis* altera *v* ⟨natum⟩ *Brakman* (*lecto* alterum) ⟨nata⟩ *He* 20 ut] quin *Fulv* 21 disertius ⟨non⟩ *Wower* ⟨non⟩ disertius *vdVl an rustici homines prudentius agere dicuntur quam illi philosophi personati?* disertis *edd. vett.* 22 tibi (φ) sibi *Colv*

Oud. *Kr.*

genere et ex iis ⟨*pauci consulares, ex*⟩ consularibus pauci
28 boni et adhuc ex bonis pauci eruditi. sed ut loquar de solo 9
honore, non licet insignia eius uestitu uel calceatu temere
usurpare.

Si quis forte in hoc pulcherrimo coetu ex il⟨*l*⟩is inuisoribus **9**
meis malignus sedet, quoniam ut in magna ciuitate hoc
quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare malint
quam imitari et, quorum similitudinem desperent, eorundem
adfectent simul[l]atem, scilicet uti, qui suo nomine obscuri
sunt, meo innotescant, — si qui igitur ex illis liu*id*[in]is
29 splendidissimo huic auditorio uelut quaedam macula se
immiscuit, ueli*m* paulisper suos oculos per hunc incredibilem consessum circumferat contemplatusque frequentiam
tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunquam
uisitata est, reputet cum animo suo, quantum periculum
conseruandae existimationis hic adeat, qui contemni non
consueuit, cum sit arduum et oppido difficile uel modicae
paucorum expectationi satisfacere, praesertim mihi, cui et
ante parta existimatio et uestra de me benigna praesumptio
nihil[non] quicquam sinit neglegenter ac de summo pectore
hiscere. quis enim uestrum mihi unum soloecismum ignouerit? quis uel unam *sy*llabam barbare pronuntiatam donauerit? quis incondita et uitiosa uerba temere quasi delirantibus oborientia permiserit blaterare? quae tamen aliis facile

F 185b. φ 75a. 1 *ante* et *lac. statuit Kr, post* genere *interponit* ex nobilibus pauci consules *Fulv* ex nobilibus pauci consulares (*deleto* et ex iis) *Oud, post* iis *add.* pauci consulares et ex *Gronov, quem secutus sum omisso* et 2 solo] sapientiae *Fulv* solido *Oud* 5 exiliſ φ: ex illiſ (*sed prior* l *uia. induct.*) 6 malignis *Kr* 10 meo] alieno *Mueller* libidiniſ (φ) liuidis *Fulv* liuidineis *Gruter cf. met. IX 12 (212 2),* 12 uīin (*al. m. ut vid. superscr.* uelī) φ: uelim ī uelim uelim *Scriver* 17 modice (φ) modicae *v* 19 exiſtimatio* (*eras. vid.* n) 20 nichilñqcqã (φ) nihilum quicquam *Hild* non *del. Scriver def. Leky coll. Schmalz Lat. Gramm.*[3] *p. 456* nequicquam (*deleto* neglegenter) *Scal. Kr* ac (c *ex* d *eff. ead. m.*) *om.* φ aut *Brant* 22 ſillabã (φ) 24 qua&amen φ: q̄tam facile (il *corr. eff. ead. m.*)

Oud. *Kr.*

et sane meritissimo ignoscitis. meum uero unumquod-
que dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam
et lineam certam redigitis, cum torno et coturno uero
30 comparatis. tantum habet u[ti]lilitas excusationis, dignitas
difficultatis. adgnosco igitur difficultatem meam nec depre-
cor, quin sic existimetis. nec tamen uos parua quaedam
et praua similitudo falsos animi habeat, quoniam quaedam,
ut saepe dixi, palliata mendicabula obambulant. praeco *10*
proconsul(is) et ipse tribunal ascendit, et ipse togatus illic
uidetur, et quidem perdiu stat aut ambulat aut plerumque
contentissime clamitat, enimuero proconsul ipse moderata
uoce rarenter et sedens loquitur et plerumque de tabella
legit, quippe praeconis uox garrula ministerium est, pro-
31 consulis autem ‖ tabella sententia est, quae semel lecta ne-
que augeri littera una neque autem minui potest, sed utcum-
que recitata est, ita prouinciae instrumento refertur. patior
et ipse in meis studiis aliquam pro meo captu similitudi-
nem; nam quodcumque ad uos protuli, exce[r]ptum ilico et
lectum est, nec reuocare illud nec *autem* mutare nec emen-
dare mihi inde quidquam licet. quo | maior religio dicendi
habenda est, et quidem non in uno genere studiorum. plura
enim mea extant in Camenis quam Hippiae in opificis
opera. quid istud sit, si animo attendatis, diligentius et
accuratius disputabo.

32 Et Hippias e numero sophistarum est, artium multitu-
dine prior omnibus, eloquentia nulli secundus; aetas illi

F 185ᵇ. 186ᵃ. φ 75ᵃ. 1 unūqđq; (*lineola inferior deleta*) φ: unūquodq: 3 coturno (φ) circino *Becichem cf. Prop. II 34, 41 sqq.* uerū (φ) ad uerum *G Voss* in uerum *Hild* uerbum *Goes* iterum *v* uero *Leo* 4 comprobatis *vd Vl* utilitaſ (φ) *em. v* 8 palleata *em.* φ (*sed vid.* e *fuisse*) 9 pcōſ φ: pcoſ *recte legit Rohde cf. apol.* 101 (*112, 14*) ⟨ceu⟩ proconsul *Hild* ipſe *scriba* t *verbi sequentis falso addere voluit, sed em.* 11 enimuero *cf.* 2, 13 18 excerptū (φ) *em. v* 19 a me (φ) *del Novak em. Lips* inde *Stewech* immutare *Vulcan* demutare *Brant* 22 opificis *del. Vulc* opificis *vel* opera *Sciopp* 23 operib; (φ) *del. Wower* opera *v* 24 APVLEI PLATONICI FLORIDORV M LĪB · I · Explic · INCIP · II · 25 Et] ut *v* is *Wower* hic *Oud*

Oud. *Kr*

cum Socrate, patria Elis; genus ignoratur, gloria uero magna, fortuna modica, sed ingenium nobile, memoria excellens, studia uaria, aemuli multi. uenit Hippias iste quondam certamine Olympio Pisam, non minus cultu uisendus quam elaboratu mirandus. omnia secum quae habebat, nihil eorum [m]emerat, sed suis sibi manibus confecerat, et indumenta, quibus indutus, et calciamenta, quibus erat inductus, et gestamina, quibus erat conspicatus. habebat indutui ad corpus tunicam interu*l*am tenuissimo textu, triplici licio, *11*
33 purpura duplici: ipse eam sibi solus domi texuerat. habebat cinctui balteum, quod genus pictura Babylonica miris coloribus uariegatum: nec in hac eum opera quisquam adiuuerat. habebat amictui pallium candidum, quod superne circumiecerat: id quoque pallium co⟨*m*⟩peri*o*r[is] ipsius laborem fuisse. etiam pedum tegumenta crepidas sibimet compe*g*erat; etiam anulum in laeua aureum faber||rimo signaculo quem ostentabat, ipse eius anuli et orbiculum circu-
34 lauerat et palam clauserat et gemmam insculpserat. nondum omnia eius commemoraui. enim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare, qui magno

F 186ᵃ. φ 75ᵃ. 1 patrįelif (φ) *em. Quaereng* 3 uenit (*evan.* uen, *sed cognoscitur, ex* i *al. m. eff.* e, *ut fieret* et) φ: ueni. 5 habebat, ⟨adtulerat⟩ *Novák sed cf. v. 16 sq. 6, 3 et 8; 8, 3 et 11* nich^il (*em. ead. m.*) 6 memorat (φ, *sed mut. in* emerat) 7 quibus ⟨erat⟩ *Novák* inductus *cf. met. II 28 (48, 9) VIIII 21 (218, 14) XI 8 (272, 8)* 8 conspicuus *v* conseptus *Becichem* constipatus *Vulc* conspicatui? *Oud* 9 interuiã (φ) *em. v*

11 balteō (*ead. m.* ex o *eff.*) quot genus *Brant cf. Arch. f. lat. Lex. V 392* 14 coptorif (φ) *em. Goldb cf. met. II 21 (43, 4) apol 8 (9, 20) 37 (42, 23) flor. 16 (28, 23)* compertum est *Salm* comperitur *Vulc* comperimus, *Oud* oratoris *Kr* scio (comperio *Hertz*) oratoris *Mueller* comperior rhetoris *Brakman* 15 etiam] et in *Oud* tegumento *Rohde* crepidas *del. Kr* 16 cōpeierat (φ, i *mut. al. m. in* g) faberrimof ignaculo *recte distinx. al. m.* 17 *ante* ipse *gravem distinctionem sustulit Thomas cf. v. 5* oftende^ta^bat (*em. ead. m.*) φ: oftentabat 18 pali ẽ (φ) *em. v cf. Cic. de off. III 9, 38* pyelidem? *vd Vl* 19 enim *cf. met. IV 8 (81, 3)*

in coe[p]tu praedicauit, fabricatum semet sibi amp*u*llam
35 quoque oleariam, quam gestabat, lenticulari forma, tereti
ambitu, pressula rutunditate, iuxtaque honestam strigile-
culam, recta fastigatione cy*m*ulae, flexa tubulatione ligulae,
ut et ipsa in manu capulo moraretur et sudor ex ea riuulo
36 laberetur. quis autem *n*on lauda*b*it hominem tam nume-
rosa arte multiscium, totiugi scientia magnificum, tot uten-
silium peritia daedalum? quin et ipse Hippian laudo, sed
ingenii eius fecunditatem malo doctrinae quam supellectilis
multiformi instrumento aemulari, fateorque me sellularias
quidem artes minus callere, uestem de textrina emere,
baxeas istas de sutrina praestinare, enimuero anulum nec
gestare, gemmam et aurum iuxta plumbum et lapillos nulli
aestimare, strigilem et amp*u*llam ceteraque balnei utensilia
nundinis mercari. prorsum enim non eo infiti[ti]as nec radio *12*
nec subula nec lima nec torno nec id genus ferramenti⟨*s*⟩
uti nosse, sed pro his praeoptare me fateor uno chartario
37 calamo me reficere poemata omnigenus apta uirgae, lyrae,
socco, coturno, item satiras ac ⟨*g*⟩rip*h*os, item ⟨*h*⟩istorias
uarias rerum nec non ⟨*o*⟩rationes laudatas disertis nec non
dialogos laudatos philosophis atque haec ⟨*et*⟩ alia[et] eius-
dem modi tam graece quam latine, gemino uoto, pari studio,
simili stilo. quae utinam possem equidem non singillatim
ac discretim, sed cunctim et co*a*cer*u*atim tibi, proconsul

F 186ᵃ. 75ᵃᵇ. 1 inceptu (φ) *em. v* āpollā *em.* φ 4 cylaulę φ: cȳlaule clausulae *v* clauulae *Crus* cymulae *He* 5 motaretur *Oud* 6 autem] tamen *Hild* laudauit (φ) *em. Wower* laudauerit *Kronenberg* 8 Daedalum *v* daed. *vdVl* & ipſe| et hippian (et *al. m. add.*) 9 doctrina *Stewech* 11 textrinę mere *em. al. m.* φ: text(i)na emere (ⁱna e *al. m. in ras*) 13 nihili *Burmann* 14 ăpollă (φ) *em. v* 15 infititiaſ (φ *sed* it) 16 ferramti (φ) i *mut. in* a ferramentis *v* ferramento *Hild* 17 ut|inoſſe (*em. al. m. in* φ) 19 coturno (φ) *cf. 11, 13* ſatyraſ ac reppuſ φ: ſatira ſacreppuſ *em. v* iſtoriaſ 20 rationeſ (φ) *em. Stewech* 21 hęc alia & ejdē̃ (*fort. fuit* j) (φ, *sed aperte* ejdē) haec et alia *Colv* 22 graeca — latina *Oud* 23 posse me qdē̃ (φ, *sed postea recte distinct.*) 24 iunetim *Fulv* c̄certatī̃ (φ) coaceruatim *v* confertim *Fulv* congregatim *Hild*

Oud. *Kr.*

38 [ut] optime, offerre ac praedicabili testimonio tuo ad omnem nostram Camenam frui! non hercule penuria laudis, quae mihi dudum integra et florens per omnes antecessores tuos ad te reseruata est, sed quoniam nulli me probatiorem uolo, quam que⟨*m*⟩ ipse ante omnis merito probo. enim sic natura comp*ar*atum est, ut eum quem laudes etiam ames, porro quem ames etiam laudari te ab illo uelis. atque ego me dilectorem tuum profiteor, nulla tibi priuatim, sed omni publicitus gratia obstrictus. nihil quippe a te impetraui, quia nec postulaui. sed philosophia me docuit non tantum beneficium amare, sed etiam maleficium ⟨*negare*⟩ magisque iudicio impertire quam commodo inseruire et quod in commune expediat malle quam quod mihi. igitur bonitatis tuae diligunt plerique fructum, ego studium. idque facere adortus sum, dum mo[do]derationem tuam in prouincialium negotiis contemplor, qua effec⟨*is*⟩ti u*t* te amare
39 debeant experti propter beneficium, expertes propter exemplum. nam et beneficio multis commodasti et exemplo omnibus pr*o*fuisti. quis enim a te non amet discere, quanam moderatione optineri queat . . .; tua ista gr*a*uitas iucunda, mitis austeritas, placida constantia blandusque uigor *est*. neminem proconsulum, quod sciam, prouincia Africa magis *13*
reuerita est, minus uerita: nullo nisi tuo anno ad coercenda peccata plus pudor quam timor ualuit. nemo te alius pari

F 186[ab]. φ 75[b]. 1 ut (φ) *del. Kr (scil. dittographia ortum post* ul) proconsulum *Hertz* uir *v* uir uel *Hild* uel *vdVl*
3 om̄ſ 4 reſeruatā* (*post* t *al. m. ad distinguend. falso lineam add. et rursus eras.*) 5 quãq; ipſe φ: q q̄ ipſe *em. v* (a above) 6 cõpbatũ (φ) *em. v cf. Plin. ep. II 19, 5 III 4, 6 Sidon. Apoll. ep. VII 2, 9* 8 debitorem *Brant* 11 ⟨negare⟩ *He* 15 dũ modo deratione̅ φ: dũ modo r̄one̅ (*em. in mg. m. recentiss.*) *cf. v. 20* 16 effecti⁹ (φ) *def. Leo coll. 30, 16 em. vdVl* efflictim *v* 19 p̄fuisti (φ) *em. v* 20 tuum munus *vel tale quid intercidisse putat He, qui sequentia ab hac sententia seiunxit* grã . ⁄ uita ∗ (φ, *sed pro signo interrog. punct. exhibet*) *eras.* ſ *em. Lips* 21 blandũq; uigore̅ (φ) blandusque uigor animi *v* blandique *Oud* rigor *Dousa fil.* blando cum uigore? *Leo* uigor est *He*

Oud. *Kr.*

potestate saepius profuit, rarius terruit, nemo similiorem uirtute filium adduxit. igitur nemo Carthagini proconsulum diutius | fuit. nam etiam eo tempore, quo prouincia⟨*m*⟩ circumibas, manente nobis Honorino minus sensimus absentiam tuam, quam⟨*quam*⟩ te magis desideraremus· paterna in filio aequitas, senilis in iuuene [auctoritas] prudentia, 40 consularis in legato auctoritas, prorsus omnis uirtutes tuas ita effi⟨*n*⟩git ac repraesentat, ut medius fidius admirabilior esset in iuuene quam in te parta laus, nisi eam tu talem dedisses. qua utinam perpetuo liceret frui. quid nobis cum istis proconsulum uici[ci]bus, quid cum annis breuibus et festinantibus mensibus. o celer⟨*e*⟩s bonorum hominum dies, o praesidum optimorum citata curricula. iam te, Seueriane, tota prouincia desideramus. enimuero Honorinum et honos suus ad praeturam uocat et fauor Caesarum ad consulatum format et amor noster inpraesentiarum tenet, et spes Carthaginis in futurum spondet, uno solacio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur, proconsul ad nos cito reuersurus est.

* * * Sol qui candentem feruido curru atque aquis 10
flammam citatis feruido ardore explicas:

F 186ᵇ. φ 75ᵇ. 3 ꝓuinciā (φ) ‾ *al. m. add.* 4 honori * n̄o*min: *quid eras. sit post* i *et supra* om, *non liquet,* ‾ *add. m. rec.* φ: honore nō min; *em. v* 5 quã| φ: q̊ qua (*i. e. ob quam*) *Colv* quum *Salm* quam *def. Kronenberg et Purser* quamuis *Wower* quam ut *v* quanto *Goldb* quamquam *Lips de coniunctivo cf. met. III 2 (53, 2sqq.) 19 (66, 15) IV 20 (89, 14)* magis et minus *v. 4/5 locum inter se mutare iussit Fulv* te magis *i. e. te potius* 6 auctoritas *del v* 8 effigit (φ) *em. v* effigiat *Colv* 9 iuuene ⟨nata⟩ *vir doct. ap. Oud* ⟨parata⟩ *Kronenberg* parta] patre *Brant* 9/10 eum — quo *Stewech* 10 dediſſeſ (φ) tradidisses *vdVl* qui *vdVl sed* qua *significat laudem, i. e. laudabilem virtutem* 11 uicicib; *em.* φ 12 celer| φ: celer *em. v* 13 p̄ſidū* (*eras.* i, *fuit igitur antea* diū) φ: p̄ſidiū 14 deſideram; (φ) *i. e. iam nunc desiderium antecapimus* desiderabimus *Salm* desiderauimus *Colv* 19 *cf. Scaen. Rom. poes. fr. ed. Ribbeck I³* p. 244 *Acci Phoen. fr. 1* micantem candido *Priscian III 424 K* punicantem feruido *v in archetpo* mic. feruido *script. et* cand *addit. fuisse, hoc autem falso ad particip. relat. esse putat Leo* perdio *Oud* peruio *vir doct. ad mg. ed. Iunt.* fulgido *He* curſu (φ) *em. Priscian*

Oud. *Kr.*

41 itemque luminis eius Luna discipula nec non quinque ceterae
uagantium potestates: Iouis benefica, Veneris uoluptifica,
pernix Mercuri, perniciosa Saturni, Martis ignita. sunt et
aliae mediae deum potestates, quas licet sentire, non datur
cernere, ut Amoris ceterorumque id genus, quorum forma
inu⟨*i*⟩sitata, uis cognita. item in terris, utcumque proui- *14*
dentiae ratio poscebat, alibi montium arduos uertices extulit,
alibi camporum supinam planitiem coaequauit, itemque
ubique distinxit amnium fluores, pratorum uirores, item
dedit uolatus auibus, uolutus serpentibus, cursus feris,
gressus hominibus.

*** Patitur enim, quod qui herediolum sterile[m] et **11**
42 agrum scruposum, meras rupinas et senticeta miseri colunt:
quoniam nullus in tesquis suis fructus est nec ullam illic
aliam frugem uident, sed 'infelix lolium et steriles domi-
nantur [h]a*u*enae', suis frugibus indigent⟨*es*⟩ aliena fura-
tum eunt et uicinorum flores decerpunt, scilicet ut eos flores
carduis suis misceant; ad eundem modum qui suae uirtutis
sterilis est . . .

Psittacus auis Indiae auis est; instar illi minimo mi*nus* **12**
43 quam columbarum, sed color *non* columbarum; non enim
lacteus ille uel liuidus uel utrumque, subluteus aut sparsus,
est, sed color psittaco uiridis et intimis plumulis et extimis
palmulis, nisi quod sola ceruice distinguitur. enimuero cer-

F 186ᵇ. φ 75ᵇ. 1 decipula *Scriver* 1/2 cetera euaginantiũ (in *eras.*) φ: ceta euagantiũ *em. v* 6 inuſitata (φ) *em. v* 12 praediolum *Florid* ſterilẽ (φ) sterile *Colv* 13 ſcrupoſṽ *ex* ſcrupulo *inter scribend. eff. ead. m.* φ: ſcrupuloſũ agrum *ante* sterilem *transpos. Stewech* 13 spinas *Stewech* 16 habenę *em.* φ *cf. Verg. georg. I 154* indigent (φ) *em. vdVl cf. met. II 4 (27, 7)* 17 floreſ (l *ex* r *ead. m.*) 18 miſceant (φ) *quia compend.* nt *non satis perspicuum erat, ead. m. supra voc. add.*[nt]

20 *prius* auis *del. Mueller, poster. Kr, pro posteriore* talis *Rohde cf. apol. 8 (9, 23 sq.) Mommsen Solin.*[2] *praef. p. XVIII ante* instar *lac. stat. Colv* mim; (φ, *sed em.*) *cf. met. I 4 (4, 1)* 21 colo꞉ꝝ (φ) *scil. falso lectum pro* color n̄ *em. Hild* 22 libiduſ (*ead. m.* v *ex* b) utrimque *Lips* utroque sublitus *Salm* 24 parmulis *Lips* pinnulis *Salm*

Oud. *Kr*

uicula eius circulo mineo uelut aurea torqui | pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur. rostri prima duritia: cum in petra⟨*m*⟩ quampiam concitus altissimo uolatu praecipitat, rostro se uelut anc[h]ora excipit. sed et capitis eadem duritia quae rostri. cum sermonem nostrum cogitur aemulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri ut
44 persentiscat; haec discenti ferula est. discit autem statim pullus usque ad duos aetatis suae annos, dum facile os, uti conformetur, *d*um tenera lingua, uti conuibretur: senex autem captus et indocilis est et obliuiosus. uerum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus, glande qui uescitur et cuius in pedibus ut hominis quini digituli numerantur. non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quod eis lingua latior quam ceteris auibus; eo facilius uerba hominis articulant patentiore plectro et palato. id uero, quod ⟨*di*⟩dicit, ita similiter nobis
45 canit uel potius eloquitur, ut, uocem si audias, hominem putes: nam ⟨*coruum*⟩ quidem si audias, id *est crocitare*, non loqui. uerum enimuero et coruus et psittacus nihil aliud quam quod didicerunt pronuntiant. si conuicia docueris, conuiciabitur diebus ac noctibus perstrepens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. ubi omnia quae didicit maledicta percensuit, denuo repetit eandem cantilenam. si carere conuicio uelis, lingua excidenda est aut quam primum in siluas suas remittendus est.

*** Non enim mihi philosophia id genus orationem largita est, ut natura quibusdam auibus breuem et te⟨*m*⟩-

F 187ª. φ 75ᵇ. 76ª. 1 aureae torquis pari fulgoris *Rohde* 3 petra *em.* φ 4 anchora (φ) 5 roſticū φ: ruſticū *em.* *v* 8 pulluſ (*prior* u *ex* o *eff.*) 9 cõfirmetur (φ) *em.* *v* cū (φ) *em.* *Stewech* 10 captu *Brant* 15 patenti ore *em.* *v.* 16 dicit (φ) *em.* *Stewech* 17/8 ut longe si audias h. p., non quidem si audias idem coram te eloqui *Salm* 18 ⟨coruum⟩ *He* ⟨corui⟩ *Hild* ⟨coruinam⟩ (*omisso* nam) *vd Vl* si auim uideas *Oud* idē conate n̄ loq (φ) id est *Fulv* conari *v* tonare *Lips* cantare *Brant* crocitare *vel* croccire *He cf. de d. Socr. prol. 4* (*4, 24 Th*) ⟨coruum dicas⟩ idem conari *Novák* idem conantem, crocire non loqui *vd Vl* idem conantem ⟨coruum, conari⟩ n. l. *Purser* 27 qui-

porarium cantum commodauit, hirundinibus matutinum,
cicadis meridianum, noctuis serum, ululis uespertinum, bu-
46 bonibus nocturnum, gallis antelucanum: quippe haec ani-
malia inter se uario tempore et uario modo occinunt et
occipiunt carmine, scilicet galli expergifico, bubones gemulo,
ululae querulo, noctuae intorto, cicadae obstrepero, hirun-
dines perarguto. sed enim philosophi ratio et oratio tem-
pore iugis est et auditu uenerabilis et intellectu utilis et
modo omnicana.
*** Haec atque hoc genus alia partim cum audiret a 14
Diogene Crates, alia[s] ipse sibimet suggereret, denique in
47 forum exilit, rem familiarem abicit uelut onus stercoris magis
labori quam usui, dein coetu facto maximum exclamat:
'Crates', inquit, 'Crate[s]te⟨m⟩ manu mitt⟨it⟩': *et* exinde 16
non modo solus, uerum nudus et liber omnium, quoad uixit,
beate uixit. adeoque eius cupiebatur, ut uirgo nobilis spretis
iunioribus ac ditioribus procis, ultron⟨e⟩a⟩ eum sibi optauerit.
cumque interscapulum Crates retexisset, quod erat aucto
48 gibbere, peram cum baculo et pallium humi pos[s]uisset
eamque sup[p]ellectilem sibi esse puellae profiteretur eam-

bufdã (quibuſ *al. m., cognoscitur a. pr. script.* ũſ, *vid. fuisse* qbuſ) tẽporariũ (‾ *al. m. add.*) φ: tẽpariũ

F 187ᵃ φ 76ᵃ. 6 obstreporo (φ) *em. v* 9 om̃icana? (*m. cet. in mg.*: hic min; hab fcti unũ) 11 aliaſ (φ) alia *Wower cf. de deo Socr.* 1 (6, 8 *sq. Th*) *de Plat.* II 1 (104, 10 *Th*) 12 tergoris *Wower* statuens *Goes cf. Otto Sprichwörter d. Röm.* p. 292 13 maximum *cf. Plaut. Most.* 488, *sed met.* V 28 (126, 7) 14 crateſ te manumitteſ (φ) Cratetem (Cratem *Scriver*) manumittit *Falr* manumittet *Kr* manumittit, et *He* (*cf.* 33, 19 34, 12) *cf. Gregor. Naz. laud. Basil. Magni c.* 60: Κράτης Κράτητα Θηβαῖον ἐλευθεροῖ *Diels Poet. phil. fr. p.* 222 *sq.* 16 cupiebatur | uita uita *in mg. al. m. add., deest in* φ *cf. Plaut. Mil. glor.* 963 *Leo* 17 ultroneũ (φ) *em. Hild* ultronea *Oud* ũltro eam *v* 18 interscapilium *Scal.* interscapulium *edVi cf. Corp. gloss. Lat.* VI 597 grateſ (φ) *em. v* 18 auctum *Florid* auctus *edVi* acuto *vir doct.* alto *Burmann* auctiore *Oud* auctior *Hild* 19 peramque *v* pilleũ (i *in ras. m. recentiss. ex* a *eff.*) φ: palliũ uie *m. recentiss. eff. in ras., sed cognoscitur a pr. m. script.* hu... φ: humi poſſuiſſ& *em.* φ 20 ſuppellectilẽ *em.* φ *cf. met* IV 13 (85, 3)

Jud. Kr.

que formam, quam uiderat: proinde sedulo consuleret, ne
post quer*elae cau*sam caperet; enimuero Hipparche condi-
cionem accipit. iam dudum sibi prouisum satis et satis con-
sultum respondit, neque ditiorem maritum neque formon-
siore⟨*m*⟩ uspiam gentium posse inuenire; proinde duceret,
quo liberet. dux⟨*it*⟩ Cynicus in porticum; ibidem, in loco
49 celebri, coram luce clarissima accubuit, coramque uirginem
inminuisset paratam pari constantia, ni Zeno procinctu
palliastri circumstantis coronae obtutu⟨*m*⟩ magistri in
secreto defendisset.

Samos Icario in mari modica insula est — exaduersum 15
Miletos — ad occidentem eius sita nec ab ea multo pelagi
dispescitur: utramuis clementer nauigantem dies alter in
50 portu sistit. ager frumento piger, aratro inritus, fecundior
oliueto, nec uinitori nec hol⟨*it*⟩ori[s] culpatur. ruratio om-
nis in sarculo ∣ et surculo, quorum prouentu magis fruc-
tuosa insula est quam frugifera. ceterum et incolis frequens
et hospitibus celebrata. oppidum habet, nequaquam pro
gloria, sed quod fuisse amplum semiruta moenium multi-
fariam indicant. enimuero fanum Iunonis antiquitus fami-

F 187ab. φ 76a 2 querelã eã (φ; ˜ *supra* la *induct. ab al. m.* querela eam *v* querulam eam *vdVl* querelae (ansam *Oud*; causam *Colv* querelam ea inciperet *Purser* *aut verbum monendi intercidisse aut sententia non recte continuari videtur* 3 accepit *Purser* 4 refpondit (φ) respondet *Kr* 4/5 formonsiore φ: formofiorẽ 6 dux (φ) *em. Stewech* ducit *v* ibique *Fulv* 6/7 loco celebri incoram *Stewech* 8 iniuisset *Vulcan* proiectu *Fulv* protentu *Oud* 9 palleaftri (φ, *sed* e *mut. in* i; *cf. met.* I 6 (5, 14) obtutũ (˜ *add. m. recentiss. et induct.*) φ: obtutũ obtutum (*sed* circumstanti) *Hild* magiftri in fecreto (φ) in *del. Thomas* (*servato* obtutum) mãgistrum *v* magistrum secreto *Kr* secretum (*deleto* in) *vir doct. et* secreta *Rohde*

12 Mileto *Sciopp* 13 difpicit[2] φ: defpicit[2] dispescitur *Colv* utrũuif (φ) utramuis *vir doct. ap. Oud* utrimuis *Salm* utrouis ? *Kr* utrimuis utrouis *vdVl de acc. cf. Landgraf Arch. f. lat. Lex.* X *397 sq.* 15 uineto *Oud* holeri (φ) holitori *Kr* oliuitori *Colv* olitori *Becichem* holeris cultori ? *He* fculpit[2] (φ) *sed vid. ex* u *eff. esse a forma recentiore* culpatur *Rohde* scalpitur *Becichem Purser coll. Strab.* XIV *1, 15 C. 637*

2*

Oud. *Kr.*

51 geratum; id fanum secundo litore, si recte recordor uiam, 17
uiginti haud amplius stadia oppido abest. ibi donarium deae
perquam opulentum: plurima auri et argenti ratio in lan-
cibus, speculi⟨s⟩, poculis et cuiuscemodi utensilibus. magna
etiam uis aeris uario effigiatu, ueterrimo et spectabili opere:
uel inde ante aram Bathylli statua a Polycrate tyranno
dicata, qua nihil uideor effectius cognouisse; quidam Pytha-
gorae eam falso existimant. adulescens est uisenda pulchri-
tudine, crinibus ⟨a⟩ fronte parili separatu per malas remul-
sis, pone autem coma prolixior interlucentem ceruicem
scapularum finibus obumbrat, ceruix suci plena, malae uberes,
52 genae teretes, at medio mento lacullatur, eique prorsus
citharoedicus status: deam conspiciens, canenti similis,
tunicam picturis uariegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos,
Graecanico cingulo, chlamyde uelat utramque brachium ad
53 usque articulos palmarum, cetera decoris [i]striis dependent;
cithara balteo caelato apta strictim sustinetur; manus eius
tenerae, procerulae: laeua distantibus digitis neruos molitur,
dextra psallentis gestu pu/sabulum citharae admouet, ceu
54 parata percutere, cum uox in cantico interquieuit; quod
21 interim canticum uidetur ore tereti semihiantibus in conatu

F 187ᵇ, φ 76ᵃ. 1 secundum littora *Lips cf. Sall. bell. Iug. 19,3* 2 φ: aut 3 prequã (*in mg. ead. m.* d.) φ: p̄ quã *em. v* 4 specli (*ead. m. add.*) φ: fpeculi (*ead. m. add.*) cuiuscemodi *cf. met. VIII 17 (190, 15)* 6 ut inde (φ) *cf. met. II 8 (31, 13) apol. 55 (62, 23)* uel uide *Goes* ueluti *Bosscha* denique *Hild* ibidem *Ellis* uel iam inde *vdVl cf. apol. 47 (54, 15) 56 (63, 17)* policrate (φ) *em. v* 9 ⟨a⟩ *Oud* 9 10 reuulfif (φ) *em. Salm cf. 4, 19* 10 aurem *Scriver* 11 impuberes *Florid* 12 teretes fat (s *al. m. add.*) φ: lacu* lat (*eras.* l) lacunatur *Putean* modica m. lacuna *Florid* lacullatus *He* lacuna capitique *Mueller* eique] truncique *vel* trunci quoque *Lennep* 15 uelatus *Hild* 16 iftriif φ: histriif *em. Colv* in striis *Wower* 17 cythara *em.* φ celata *ut vid., sed* ta *prors. evan.* φ: celata *em. v* 18 tenera (φ) *em. v* 19 fuo fabulũ (φ, *in mg. m. recentiss. add.* pulsabulum) *in mg. add.* d suscitabulum *Colv* suum sabulum *vel* pulsabulum *Lips* quassabulum *Hild* succussabulum *Roensch* feu *ut vid* φ: feu ceu *v* 20 interquieuerit *Florid*

Oud. *Kr.*

labellis eliquare. verum haec quidem statua esto cuiuspiam
puberum, qui[s] Poly*c*rati tyranno dilectus Anacreonteu*m*
55 amicitiae gratia cantilat. ceterum multum abest Pythagorae
philosophi statuam esse; et natu[s] Samius et pulchritudine 18
adprime insignis et psallendi musicaeque omnis multo doctissimus ac ferme id aeui, quo Polycrates Samum potiebatur, sed haudquaquam philosophus tyranno dilectus est. quippe eo commodum dominari orso profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper amisso, quem
56 comperio inter sellularios artifices gemmis faberrime sculpendis laudem magis quam opem quaesisse. sunt qui Pythagoran aiant eo temporis inter captiuos Cambysae regis, Aegyptum cum adueheretur, doctores habuisse Persarum magos ac praecipue Zoroast⟨*r*⟩en, omnis diuini arc[h]an*i* antistitem, posteaque eum a quodam G*i*llo Crotoniensium principe reciperatum. uerum enimuero celebrior fama optinet sponte eum petisse Aegyptias disciplinas atque ibi a sacerdotibus caerimoniarum incredundas potentias, numerorum admirandas uices, geometriae sollertissimas formulas ⟨*didicisse*⟩; nec his artibus animi expletum mox Chaldaeos atque inde Bracmanos — hi sapientes uiri sunt, Indiae gens est — eorum
57 ergo Bracmanum gymnosophistas adisse. Chaldaei s*i*deralem

F 187b. φ 76ab. 1 est *v* 2 qſ (φ) qui *v* quiuis *Hild* quos — dilectos *Salm* quem — dilectum *Colv* policıati (φ) anåcreonte uł (*poster.* a *ex* o *eff. et* a *superscrips., quia litt. non satis clara erat, m. ead.*) φ: anacreonte ł *em. v cf.* Ludium *met. IV 33* (*101, 12*) Dorium *X 31* (*262. 17*; *flor. 4* (*5. 15 sq.*) Anacreon Teius *Salm* 3/4 ⟨non⟩ multum — qui et natu *Cuper* 4 esse ⟨ut qui fuerit⟩ *vdVl* et ⟨si⟩ natu *vir doct.* ⟨lic⟩et n. *Hild* nat:(; *induct.*) φ: nat,ᵘ (ᵘ *al. m. add.*) 6 adferme φ: atferme ac f. *v* atque f. *Kr* quom *Kronenberg* policrateſ (φ: φ. ſamo 9 patrẽ neſarcho (φ: *sed eraso compendio litt.* m 10 fanerrime *em.* φ 11 opes *Beeichem* 11 2 pythagora naiantco (φ, *sed* pitag-) 13 ducturel φ: ductoreſ 14 zoroaſten (φ) archanū (φ) *em. Vulcan* arcanorum *Oud* 15 gyllo φ: gillo Gyllo *[illegible] coll. Iambl. vit. Pyth. 150* 19 uires *Colv* 19 20 ⟨didicisse⟩ *v* petisse *ex v. 17 subaudiri putat Purser* 22 ſydeıalē *em.* φ

scientiam, numinum uagantium statos ambitus, utrorumque uarios effectus in genituris hominum ostendere nec non medendi remedia mortalibus latis pecuniis terra caeloque et mari conquisita, Bracmani autem pleraque philosophiae eius contulerunt, quae mentium documenta, quae corporum exercitamenta, quot partes animi, quot uices uitae, quae diis manibus pro merito suo cuique tormenta uel praemia. quin etiam Pherecydes *Syro* ex insula oriundus, qui primus
58 uersuum nexu repudiato conscribere ausus est passis uerbis, *19*
soluto locutu, libera oratione, eum quoque Pythagoras magistrum coluit et infandi morbi putredine in serpentium
59 | scabiem solutum religiose humauit. fertur et penes Anaxi*mandrum Milesium naturabilia commentatus nec non et Cretensem Epimeniden inclitum fatiloquum et p*iatorem* disciplinae gratia sectatus itemque Leodamantem Creop⟨*h*⟩yli discipulum, qui Creop⟨*h*⟩ylus memoratur poetae ⟨*H*⟩omeri hospes et aemulator canendi fuisse. tot ille doctoribus eruditus, tot ta*m*que multiiugis *calici*bus disciplinarum toto orbe haustis, uir praesertim ingenio ingenti ac profecto super captum hominis animi augustior, primus
60 philosophiae | nuncupat[i]or et conditor, nihil prius discipulos suos docuit quam tacere, primaque apud eum medi-

F 187[b]. 188[a]. φ 76[b]. 1 luminũ (l *in ras. al. m. eff. ex* n, *ut vid.*) φ: numinũ *cf. 10 (16, 2)* ſtatoſ φ: ſtatuſ *cf. de deo Socr. 2 (7, 13 Th)* status, ambitus (*ut* utrorumque *haberet quo referretur*) *vdVl sed cetera sidera et stellae vagantes inter se opponuntur ut 37, 15 de deo Socr. 2 (7, 11; 8, 8 Th) post* ambitus *lac. stat. Kr* lum. fixorum status, uagantium ambitus *vir doct. ap. Oud* eorumque *Becichem* astrorumque *Brant* 3 late *vel* lautis *Stewech cf.* lata culpa, neglegentia *apud iuris peritos*

8 p͏ᶣerecydeſ (h *add. ead. m.?*) ſiro Syria insula *Stewech* 9 prorsis *vel* prosis *Roald* 12 scabrem *Colv cf. Plin. n. h. VII 172* 12/13 anaxamandrũ *em. v* 14 platonẽ (φ) piatorem *Lips* poetam *Scal* 15 Hermodamantem *Colr coll. Diog. Laert. VIII 2* 15/16 creopyli 16 creopyluſ *del. iniuria Kr* 17 omeri 18 tanq; comitib; (φ) *em. vdVl cf. flor. 20 (40, 21 sqq.)* fontibus *Colv* caliculis *Oud* 21 nuncupatior (φ) *em. v cf. apol. 4 (5, 18)*

Oud. *Kr.*

tatio sapienti futuro linguam omnem coercere uerba⟨*que*⟩, quae uolantia poetae appellant, ea uerba detractis pinnis intra murum candentium dentium premere. prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. non in totum aeuum tamen uocem desuescebant, nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur, sed grauioribus uiris breui spatio satis uidebatur taciturnitas modificata, loquaciores enimuero ferme in quinquennium uelut exilio uocis puniebantur. porro noster Plato, nihil ab hac secta uel paululum deuius, pythagorissat in plurimis; aeque et ipse ⟨*ut*⟩ in nomen eius a
61 magistris meis adoptarer, utrumque meditationibus academicis didici, et, cum dicto opus est, inpigre dicere, et, cum tacito opus est, libenter tacere. qua moderatione uideor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus oportuni silentii laudem quam tempestiuae uocis testimonium consecutus.

16

Priusquam uobis occipiam, principes Africae uiri, gratias agere ob statuam, quam mihi ‖ praesenti honeste postulastis et absenti benigne decreuistis, prius uolo causam uobis allegare, cur aliquam multos dies a conspectu auditorii afuerim contulerimque me ad Persianas aquas, gratissima
62 prorsus et sanis natabula et aegris medicabula — quippe ita institui omne uitae meae tempus uobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicaui: nihil tantum, nih⟨*i*⟩l tantulum faciam, quin eius uos et gnaros et iudices habeam —

F 188ª. φ 76ᵇ. 1 omnino *Rittershus* mobilem *Rohde* uerba quę (φ) *em. v* 2 poeta appellat *Rittershus sed cf. apol. 83 (92, 3) 7 (8, 17)* 3 claudentium *Burmann* 6 ᶜlinguęſ (ᶜ*add. ead. m.*) φ: elinguеſ 7 breui] bienni *Brant. coll. Gell. I 9, 4* 9 puniebāt (‾*al. m. add.*) φ: puniebat 11 aeque ut ipse *Hild* et quum ipse *Salm* quum et ipse *Oud* ⟨ut⟩ *ante* in *add. Kr, post* eius *Brakman* 12 adoptatus *v* 16 APVLEI PLATONICI FLORIDORṼ · LIB̄ · II · EXPLIC̄ · INCIP · · III ·
17 principeſ . a . v. (φ) Africae uiri *Lips Wower coll. Tert. de pall. 1 1 et Apul. flor. 16 (28, 22)* Augustae urbis *vel* amplissimae u. *Colv* 24 nichl *em.* φ

Oud. *Kr.*

quid igitur de repentino ab hoc splendidissimo conspectu uestro distulerim. exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo, quam inprouisa pericula hominibus subito oboriantur, de Philemone comico. de ingenio eius qui satis nostis, de interitu paucis cognoscite. an etiam de ingenio pauca uultis?

Poeta fuit hic Philemon, mediae comoediae scriptor, fabulas cum Menandro in scaenam dictauit certauitque cum
63 eo, fortasse impar, certe aemulus. namque eum etiam uicit saepenumero — pudet dicere. repperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, adgni*tus* lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias uitae congruentes, ioca non infra soccum, seria non usque ad
64 coturnum. rarae apud illum corruptelae, [e]tuti errores, concessi amores. | nec eo minus et leno periurus et amator feruidus et seruulus callidus et amica illudens et uxor inhibens et mater indulgens et patruus obiurgator et sodalis opitulator et miles proeliator, sed et parasiti edaces et parentes tenaces et meret⟨*r*⟩ices procaces. hisce laudibus 21
diu in arte comoedica nobilis forte recitabat partem fabulae, quam recens fecerat, cumque iam in tertio actu, quod genus in comoedia fieri amat, iucundiores adfectus moueret, imber repentino coortus, ita ut mihi ad uos uenit usus nuperrime,

F 188ª. φ 76ᵇ. 77ª. 1 ⟨me⟩ de *vdVl* de] *fort.* me *Kr sed cf. de d. Socr.* 3 (2, 17 *Th*) de repente *Fulv* 2 diſtulerī φ: diſtulerim (*sign. interrogat.*) distulerim me *Oud* distulerit *Wower cf. met.* IV 34 (*102, 12*; V 21 (*119, 14*) *post* dist. *grauiter distinx. He; dubium utrum continuetur sententia cur* (23, 20) *an supplendum sit: uultis scire* 3 inprouiso *Kr* (*delete* subito) quam — oboriantur *gloss. putat Sciopp, ante* exemplum *transponenda putat Kr, post* eius rei *Oud* 4 De philemone comico. 5 noſti[s] *al. m. eff. ex* n͞rſ φ: n͞rīſ (*in mg. al. m.* ē noſtiſ) 8 ductauit *Jahn* 9 nam quod *Scriver* uicisse *Piccart* saepe: numerum *Kr* saepenumero: ⟨quotiens⟩, *Nordh* 11 adgnatoſ (φ) ac nodos *Colv* actus *Stewech* agnitus (*i. e.* agnitiones *Casaub* narratus *Leo* 14 &uti φ tuti *Leo* 15 perfidus *Arlt ap. vdVl cf. Plaut. Capt. prol.* 57 *Cic. pro Rosc. com.* 20 18 praedicator *Wower* gloriator *Traube proeliatorem dici quia semper proelia iactet et uulnera enumeret putat Oud* 19 mereticeſ (*em.* φ)

differri auditorii coetum et auditionis coeptum coegit: relicum tamen, ua*ri*is postulantibus, sine intermissione | deincipiti die perlecturum. postridie igitur maximo studio 65 ingens hominum frequentia conuenere; sese quisque exaduersum quam proxime collocat; serus adueniens amic*is* adnuit, locum sessui imperti*a*nt: extimus quisque excuneati queruntur; farto toto theatro ingens stipatio, occipiunt inter se queri; qui non adfuerant percontari ante dicta, qui adfuerant recordari audita, cunctisque iam prioribus gnaris sequentia expectare. interim dies ire, neque Philemon ad condictum uenire; quidam tarditatem poetae murmurari, plures defendere. sed ubi diutius aequo sedetur nec Philemon uspiam comparet, missi ex promptioribus qui acci[p]erent, 66 atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. commodum ille anima edita obriguerat, iacebatque incumbens toro, similis cogitanti: adhuc manus uolumini implexa, adhuc os recto libro impressus, sed enim iam animae uacuus, libri oblitus et auditorii securus. stetere paulisper qui introierant, perculsi tam inopinatae rei, tam formonsae mortis miraculo. dein regressi ad populum renuntiauere Philemonem poetam, qui expectaretur qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi ueram fabulam consummasse: enimuero iam dixisse rebus humanis ualere et plaudere, suis uero familiaribus dolere et plangere; hesternum illi⟨s⟩ imbrem lacrimas auspicasse; comoediam eius prius ad fune-

F 188[ab]. φ 77[a]. 2 uanis (φ) *em. v* conuenis *Fruter* amicis *Colv* 2/3 deincipē *Dousa* 4,5 φ: exaduũſo 5 collocant *Oud* amicuſ (φ) amicis *Wower* amicus amicis *Fulv* 6 imptiunt (φ) *em. Rohde* extim; qſq: (φ) mi *ex* m: *et deleta* ſ *eff.* qq; *al. m.* 9 cunctiſq; (φ) cunctique *Kr* priorum *Wower sed cf. apol. 12 (13, 26)* 10 expectari *Rohde sed dativ.* cunctis *ad* gnaris *pertinet* . 13 prõp | ptiorib; *ead. m.* p *in fine versus del. et sequenti praescripsit* 13/14 acciperent (φ) accirent *Stewech* accierent *Greslot* 14 eum] ei ? *Kr* 16 m. uolumen implexa *vel* manum uolumini implexus *Bosscha* 17 lecto *Colv* φ: ĩpſſũ impressum *v sed cf. Verg. Aen. IV 659 Ap. met. VIII 9 (184, 1) 27 (198, 14 sqq.) IX 12 (212, 2) XI 10. 27 (274, 6 sq. 288, 24)* 19 famosae *Wower* 21 expect. quo *Wower* 24 illi (φ) illis *Rohde*

Oud. Kr.

brem facem quam ad nubtialem uenisse; proin, quoniam
67 poeta optimus personam uitae deposuerit, recta de audi-
torio eius exequias eundum, legenda eius esse nunc ossa,
mox carmina.

Haec ego ita facta, ut commemoraui, olim didiceram, sed 22
hodie s⟨u⟩m e meo periculo recordatus. nam, ut meministis
profecto, cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum
diem uobis uolentibus protuli, et quidem ¦ Philemonis
exemplo paenissime; quippe eodem die in palaestra adeo
uehementer talum inuerti, ut minimum a[d]fuerim, quin
articu‖lum etiam a crure defringerem. tamen articulus loco
concessit exque eo luxu adhuc fluxus est. et iam dum eum
ingenti plaga reconcilio, iamiam sudoro adfatim corpore
68 diutule obrigui; inde acerbus dolor intestinorum coortus
modico ante sedatus est, quam me denique uiolentus exani-
maret et Philemonis ritu compelleret ante letum abire quam
lectum, potius implere fata quam fanda, consummare potius
animam quam historiam. cum primum igitur apud Persia-
nas aquas leni temperie nec minus utiquam blando fomento
gressum reciperaui, nondum quidem ad innitendum idonee,
sed quantum ad uos festinanti satis uideba[n]tur, ueniebam
redditum quod pepigeram, cum interim uos mihi beneficio
uestro non tantum clauditatem dempsistis, uerum etiam
pernicitatem addidistis.

An non properandum mihi erat, ut pro eo honore uobis
multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram?

F 188ᵇ. φ 77ᵃ. 6 audieſ me (φ) — recordatuſ (φ) hodie sum e m. p. recordatus *Salm* audietis me m. p. recordatum *Wower* haud ea sine m. p. r. *Sciopp* hodie ferme *vel* ante hos dies ferme m. p. r. *Piccart* hodie e m. p. r. *Bont* haud (⟨essem⟩ *Purser*) sine m. p. r. *Oud* audies *vel* hos dies cum m. p. r. *Hild* . . . . . . ante dies sum e m. p. r. *vdVl* 10 adfuerĩ φ: affuerĩ *em. v* 11 defringerĩ φ: defregerim defringerem *v* 12 luxatu *He?* etiam *Scriver* 14 diutine *v* aceruuſ (φ, *sed em. al. m.*) 16 adire *Stewech* obire *Pyrrh* lectum *sc. ut legam* 18/19 *cf. 18 (38, 23)* 19 uti quã (φ) utiquam *Rohde* utili quam *v* utique *Scriver* 21 uidebant (φ, *sed* n *puncto del.*)

non quin magnitudo Carthaginis mereatur etiam ⟨a⟩ philosopho precem pro honore, sed ut integrum et intemeratum esset uestrum beneficium, si nihil ex gratia eius petitio mea
69 defregisset, id est, ut usque quaque esset gratuitum. neque enim aut leui mercede emit qui precatur, aut par⟨u⟩um pretium accipit qui rogatur, adeo ut omnia utensilia emere uelis quam rogare. id ego arbitror praecipue in honore obseruandum; quem qui laboriose exorauerit, sibi debet ⟨u⟩nam gratia⟨m⟩, quod impe⟨t⟩rarit; qui uero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam praebentibus debet, et quod non petierit et quod acceperit. duplam igitur uobis
70 gratiam debeo, immo enimuero multiiugam, quam ubique equidem et semper praedicabo. sed nunc inpraesentiarum libro isto ad hunc honorem mihi ⟨*nondum*⟩ conscripto, ita ut soleo, publice protestabor: certa est enim ratio, qu*a* debeat philosoph*us* ob decretam sibi publice statuam gratias agere, a qua paululum demuta*b*it liber, [e]qu*e*m Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat — ‖ quem librum sperabo me commode posse conscribere; *s*atis eum hodie uobiscum p*a*rare —. est enim tantus in studiis, ⟨*ut*⟩ prae-

F 188ᵇ. 189ᵃ. φ 77ᵃ. 1 ⟨a⟩ *v* 1/2 philosophi *Hild* 4 defrugasset *Brant* id est — gratuitum *del. Florid* 5 parũ (*em.* φ) pretii *Becichem* 6/7 *cf. Cic. in Verr. IV 6, 12* 9 nã (φ) *del. Novák* unam *v* diuiduam *vdVl* grã φ: gͣ *em. v* imperarit (φ) *em. v* 10 ꝑbantib; (φ) praebentibus *v* 11 n̄ acceperit (n̄ *indux. pr. m.*, *om.* ς) 13 *post* inpraes. *intercidisse statuit Purser qualia* incondita haec dico, postea gratiarum 14 iſto (φ) iusto *Rohde fort. recte* ⟨nondum⟩ *He cf. 30, 15* 15 publice (φ) b *ex* p *eff. ead. m* 15/16 q̄ debeat philoſopho (φ) qua (quum *Stewech*) debeat philosophus *Colv* quae *vel* qua deceat philosophos *Oud quem secuti* philosopho *Kr Hild* 17 demutauit φ: d'mutaũ demutabit *Stewech* libere quã (φ) liber quem *v* (quãͤm *fuisse putat Purser*) [liber] quam *Kr* quam *def. Loefstedt interpretat.* 'ut' 19 ſcitiſ (φ) ⟨si⟩ scitis *vel* si is ... probarit *Colv* si itis *Vulcan* sultis *Schickerad* ⟨si⟩siritis *vdVl* si ei istum *Thomas* satis *He* 20 uobcᵘꝑbare (φ) uobis comprobari *Stewech* uobiscum parare *vdVl cf. prol. de d. Socr. 1 (2, 5 Th)* ⟨ut⟩ *v* ς *al. m. supra* p̄nobilior *add.*

Oud. *Kr.*

71 nobilior sit proprio ingenio quam patricio consulatu. quibusnam uerbis tibi, Aemiliane Strabo, uir omnium, quo*t* um*qu*am fuerunt au*t* sunt aut etiam erunt, inter optimos clarissime, inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime, quibus tandem uerbis pro hoc tuo erga me animo gratias habitum e*t* commemoratum eam, qua digna ratione tam |
72 honorificam benignitatem tuam celebrem, qua remuneratione dicendi gloriam tui facti aequiperem, *non*dum hercle repperio. sed quaeram sedulo et conitar, 'dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus'. nam nunc inpraesentiarum — neque enim diffitebor — laetitia facundiae obstrepit et cogitatio uoluptate impeditur; ac mens occupata 24
delectatione mauult inpraesentiarum gaudere quam praedicare. quid faciam? cupio gratus uideri, sed prae gaudio nondum mihi uacat grati⟨*a*⟩s agere. nemo me, nemo ex illis tristioribus uelit in isto uituperare, quod honorem meum [non] minus mereor quam intellego, quod clarissimi et eruditissimi uiri tanto testimonio exulto; quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium non minus splendidissim*um* quam benignissim*um* uir consularis; cui etiam notum esse tantummodo summus honor est, is etiam laudator mihi apud principes Africae uiros quodam modo astitit. nam, ut comperior, nudius tertius libello

F 189ª. φ 77ªᵇ. 1 φ: ſit 2/3 quodumuiã φ: *lac. in qua postea, fort. ab ead. m., addit.* q ũquã quot *Hild* qui ante vel etiamnunc *Lips* umquam *v cf. Catull. 21, 2 sq. 24, 2 sq. 49, 2 sq.* 3 aui *em.* φ 6 habitũ eſ cõmemoratu meã (φ *sed al. m. recte distinx.*) et *Salm* 8 andũ (φ, *in mg. m. recentiss. add.* c[e] nondũ) hauddum *Brant* haudum *Kr* nondum (*ut solet Ap.*) *Novák* 9 conitã* (*eras.* r, ˉ *add. al. m.*) φ: conitar rimabor *Oud* *cf. Verg. Aen. IV 336* 13 inpraesentiarum *del. vdVl* 15 gratiſ (φ, *sed supra* i *add.* [u] *al. m.*) gratias *v* grates ? *He* (*sed nunquam Ap. usus est*) 17 n̄ min; mereor (φ) non *del. He; interpretand.: nemo dicat me honore etiam minus dignum esse quam ipse scio* uereor *Ald* reuereor *Brant* intellego quam mereor *Florid* 20 ſplendidiſſima — benigniſſima (φ) *em. vdVl* 21 *ante* cui *graviter, ante* is *leviter distinx. He*

73 misso, per quem postulabat locum celebrem statuae meae, cum primis commemorauit inter nos iura amicitiae a commilitio studiorum eisdem magistris honeste inchoata; *tunc* postea uota omnia mea secundum dignitatis suae gradus recognouit. iam illud primum beneficium, quod condiscipulum se meminit. ecce et hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se ex pari praedicat. quin etiam commemorauit ‖ et alibi gentium et ciuitatium honores mihi statuarum et alios decretos. quid addi potest ad hoc praeconium uiri consularis? immo etiam docuit argumento suscepti sacerdotii summum mihi honorem Carthaginis adesse. iam hoc praecipuum beneficium ac longe ante ceteros excellens, quod me uobis locupletissimus testis suo etiam suffragio commendat. ad summam pollicitus est se mihi Carthagini de suo statuam positurum, uir, cui omnes prouinciae quadriiuges et seiuges currus ubique gentium ponere gratulantur.
74 quid igitur superest ad honoris mei tribunal et columen, ad laudis meae cumulum? immo enimuero, quid superest? Aemilianus Strabo, uir consularis, breui uotis omnium futurus proconsul, sententiam de honoribus meis in curia Karthaginiensium dixit, omnes eius auctoritatem secuti sunt. nonne uidetur hoc uobis senatus consultum esse? quid quod et Karthaginienses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreuerunt locum statuere, ut illos scires iccirco alteram statuam, quantum spero, in sequentem curiam | protulisse, ut salua ueneratione, salua reuerentia consularis sui uiderentur factum eius non aemulati, sed secuti, id est ut integro die beneficium ad me publicum perueniret. ceterum meminerant optimi magi-

F 189ᵃ. φ 77ᵇ. 3/4 nunc (φ) tunc *v* nam posteriora fata *rdVl sed recte Florid. interpret.: memoravit vota quae feceram pro eius progressu et erectione ad omnes dignitates; cf. v. 6 sq.* 11 Carthagini *Kr* 12 longe a. cet. *post* nobis *transpos. Purser* ceteros ⟨honos⟩ *Rohde, sed Ap. ipse ante ceteros colitur* 20 ꝑcoſ 22/23 qdqđ *eff. ex* qd qd 24 ſtatuere φ: ſtatūe statuae *Colr* 25 comperio *rdVl* 28 int. die] de integro *Brant* integrum dein *Lips*

Oud. Kr.

stratus et beniuolentissimi principes mandatum sibi a uobis
75 quod uolebant. id egone scirem ac ⟨*non*⟩ praedicarem?
ingratus essem. quin etiam uniuerso ordini uestro ⟨*pro*⟩
amplissimis erga me meritis quantas maximas possum gra-
tias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis
adclamationibus decorauere, in qua curia uel nominari
tantummodo summus honor est. igitur, quod difficile factu
erat quodque re uera arduum, non existimabatur: gratum
esse populo, placere ordini, probari magistratibus et prin-
76 cipibus, id — praefascine dixerim — iam quodam modo
mihi obtigit. quid igitur superest ad statuae meae honorem,
nisi aeris pretium et artificis ministerium? quae mihi ne
in mediocribus quidem ciuitatibus unquam defuere, ne ut
Karthagini desint, ubi splendidissimus ordo etiam de rebus
maioribus iudicare potius solet quam computare. sed de
hoc tum ego perfectius, cum uos effectius. quin etiam tibi,
nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum,
mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto
plenius gratias cana⟨*m*⟩ eique libro mandabo, uti per omnis
77 prouincias eat totoque abhinc orbe totoque abhinc tempore
laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum re-
praesentet.

*** Viderint, quibus mos est o*g*gerere se et ⟨*neg*⟩otio- 17
sis praesidibus, ut inpatientia linguae commendationem

F 189^ab. φ 77^b   2 ego nefcirē (φ) *recte distinx. vdVl* ni scirem *Colv*   ac] haud *v* nec *Voss vdVl* ac⟨non⟩ *He Novák* (*qui tamen non ex v. 8 petit*)   3 ⟨pro⟩ *v*   5 ^h abeo (*em. ead. m.*) curia *del. Kr*   8 ⟨erat⟩ arduum *Kr qui post* arduum *distinx.* non *del Novák* nobis *v* omnino *Hild* non⟨inmerito⟩ *vdVl verbis* quodque — existim. *in unam sententiam contractis* non ⟨modice⟩ *Brakman*   10 praefiscine *v*   13 ne ut] eane *Jahn* nedum *Stewech cf. apol. 39 (46, 5) met. V 10 (111, 13) IX 39 (233, 21) Tac. dial 10 Plaut. Cas. 1002*   19 canaciq; φ: canā ciq; capacique *Rossbach em. Oud cf. Th. l. l. III 226, 23 (Leo) et 268, 11* agam atque *Kr* agam eique *Novák* canam tenacique *vdVl* cauam talique *Brakman*   23 ^h oe | gerere (^h *add. al. ut vid. m*) φ: oggerere   fe& (φ) semet *Lips* et *del. Scriver* nec otiosis *vel* negotiosis *Stewech* et otiosis ⟨et negotiosis⟩ *vdVl* et ⟨neg⟩otiosis *He*   24 impotentia *Sciopp* impudentia *Stewech*

Oud. Kr.

ingenii quaerant et adfectata amicitiae uestrae specie glorien-
tur. utrumque *enim* a me, Scipio Orfite, longe abest. nam
et quantulumcunque ingenium meum iam pridem pro captu
suo hominibus notius est, quam ut indigeat nouae com- 26
mendationis, et gratiam tuam tuorumque similium malo
quam iacto, magisque sum tantae amicitiae cupitor quam
gloriator, quoniam cupere nemo nisi uere [putem] potest,
potest autem quiuis falso gloriari. ad hoc ita semper ab
ineunte aeuo bonas artes sedulo colui, eamque existimatio-
nem morum ac studiorum cum in prouincia nostra tum
etiam Romae penes amicos tuos quaesisse me tute ipse
locupletissimus testis es, ut non minus uobis amicitia mea
78 capessenda sit quam mihi uestra concupiscenda. quippe non
prompte ueniam impertire rarenter adeundi adsiduitatem
eius requirentis est, summumque argumentum amoris fre-
quentibus delectari, cessantibus obirasci, perseuerantem
celebrare, desinentem desiderare, quoniam necesse est ⟨*gra-
tam praesentiam*⟩ eiusdem esse, cuius angat absentia. cete-
rum uox cohibita silentio perpeti | non magis usui erit
quam nares grauedine oppletae, aures *spurcitie* obseratae,
oculi albugine obducti. quid si manus manicis restringan-
tur, quid si pedes pedicis coartentur, iam rector nostri ani-
79 mus aut sommo soluatur aut uino mergatur aut morbo
sepeliatur? profecto ut gladius usu splendescit, situ robi-

F 189ᵇ. φ 77ᵇ. 78ᵃ. 1 amicitie (e *ex* a *ead. m. corr.*) 2 eꝭ (φ) enim *v* 7 putē (φ) *del Contaren per dittograph. ort. cf. met. I 11 (10, 14)* putet *v* ut putem *? Oud* 10 cum] cū (φ) *al. m. ex* c *eff.* t 14/5 adeundi adſiduitatē eꝭ (φ) *al. m. ex* eꝭ *eff.* q; adeunti *Becichem sed interpretand.: qui non concedit ut raro adeatur, ostendit se alterius consuetudinem desiderare* 17/18 ⟨gratam praesentiam⟩ *Colv* 18 ejdē (φ) *al. m.* ꝭ *mut. in* q 19 n magiſ n̄ magiſ uſui *erit (*poster.* n̄ magiſ *induct. et eras., post* i *eras. vid.* u, *in mg. add.* d) φ: uſu iuerit usui (usu *Voss*) fuerit *Colv* 20 nareſ (*ut vid.* e *ex* o *eff. ab ead. m.*) ſpiritu (φ) spurcitie *Désertine ap. vdVl cf. met. VIII 28 (199, 19)* 22 coarceantur *Brant* ⟨uel et⟩iam *vdVl* ⟨quid si et⟩iam *Kr sed* iam *adiungit cf. apol. 22. 27 (26, 8; 32, 13)* 24 *sq.* robiginat *vid.* o *potius quam* u φ: rubiginat

Oud. *Kr.*

ginat, ita uox in uagina silentii ‖ condita diutino torpore hebetatur. desuetudo omnibus pigritiam, pigritia ueternum parit. tragoedi adeo ni cottidie proclament, claritudo arteriis obsolescit; igitur identidem boando purgant rau*im*. ceterum ipsius uocis hominis exercendi ca⟨*s*⟩sus labor superuacaneo studio plurifariam superatur, si quidem uoce hominis 'et tuba rudore tor*u*ior et lyra concentu uariatior et t*i*bia *30* questu delectabilior et fistula susurru iucundior et bucina significatu longinquior. mitto dicere multorum animalium immeditatos sonores distinctis proprietatibus admirandos, ut est taurorum grauis mugitus, luporum acutus ululatus, elefantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus nec 27 non auium instigati ⟨*cl*⟩angores nec non leonum indignati fremores ceteraeque id genus uoces animalium truces ac liquidae, quas infesta rabies uel propitia uoluptas ciant. pro quibus homini uox diuinitus data angustior quidem, sed maiorem habet utilitatem mentibus quam auribus delectationem. quo magis celebrari debet frequentius usurpata, et quidem non nisi in auditorio, tanto uiro praesidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum; equidem et si fidibus adprime callerem, non nisi confertos homines consectarer. in solitudine cantilauit *31* 'Orpheus in siluis, inter delphinas Arion', quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion nauigio praecipi-

F 139b. φ 78a. 3 tragoedi¦a deo¦ni¦cottidie (φ) 4 rauciũ (uciu *al. m. scrips., pr. m. scripserat* uē, *quod quidem videam*) φ: raui 5 ipsius *i. e. per se, opponitur sententiis quas profert* uocĩſ (e *al. m. add.*) *cf. Plaut. Capt. 852, 1008 Lindsay Synt. of Plaut. Oxfd. 1907 p. 78* exercendae *Oud* caſuſ (ſ *al. m. add.*) (φ) 5/6 superuac. stud. *recte def. Bosscha ut pertinens ad* cassus, *nisi mavis post* studio *graviter distinguere* 6 frustratur *Leky* uoce* (˜ *vid. eras. esse aut evan.*) φ: uocē 7 torbior (v *ex* b *al. m.*) φ: torbior tybia (φ) 13 ouium *Voss* (*servato* ang.) angoreſ (φ) clangores *Becichem* 15 cient *Becichem* 18 usurpari *Stewech* 19 set quidem *Purser* non ⟨usquam libentius⟩ *falso vdVl cf. v. 21 sq.* 21 et si *recte distinx. vdVl* 23 *cf. Verg. ecl. 8, 56*

tatus, ille immanium bestiarum delenitor, hic misericordium beluarum oblectator, ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. eos ego impensius admirarer, si hominibus potius quam bestiis placuissent. auibus haec secretaria uti[n]quam magis
82 congrueri⟨*n*⟩t, merulis et lusciniis et oloribus. et merulae in remotis tesquis ⟨*cantilenam pueritiae*⟩ fringultiunt, lusciniae in solitudine Africana canticum adulescentiae garriunt, olores apud auios fluuios carmen senectae meditantur. enimuero qui pueris et adulescentibus et senibus utile carmen prompturus est, in mediis milibus hominum canat, ita ut hoc meum de uirtu|tibus Orfiti carmen est, serum quidem fortasse, sed serium, nec | minus gratum quam utile Carthaginiensium pueris ⟨*et*⟩ iuuenibus et senibus, quos indulgentia sua praecipuus omnium proconsul subleuauit temperatoque desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me inpraesentiarum refrene*t* uel tua generosa modestia uel mea in-
83 genua uerecundia. sed nequeo, quin ex plurimis, quae in te meritissimo admiramur, ex his plurimis quin uel paucissima attingam. uos ea mecum, ciues ab eo seruati, recognoscite.

18

Tanta multitudo ad audiendum conuenistis, ut potius gratulari Karthagini debeam, quod tam multos eruditionis

F 189ᵇ. 190ᵃ. φ 78ᵃ. 1 delemtor (m *vid. ead. m. correx. in* ni) 3 trudebantur *Brant* 5 ſecretaria (*extrem.* a *in ras. ab al. m. eff., sed vid. fuisse cum* ut *coniunct.*) ut inquã φ: ſe^e^ctari . aut ĩquã utiquam *Rohde cf. 26, 19* utique *Brant* 6 c̄gruerit (‾ *supra* i *al. m. add.*) φ: cõgruerit 7 ⟨cantilenam pueritiae⟩ *Kronenberg* 8 arcana *Haupt* aprica *Kr* opaca *vd Vl* abscondita? *He sed in Africa certe loquitur* 9 Asios *Brant* 12/3 *cf. met. III 29 (73, 11)* 14 ⟨et⟩ *v* 15 pc̄oſ 19 refrenəſ (φ) *em. Piccart* 21 inte|meritissimo (*in mg.* d) 22 attig^n^ã (^n^ *ead. m. add.*) 23 APVLEI PLATONICI FLORIDOR L^pr^IB III · EXPLIC̄ · INC^II^PT · IIII ·

amicos habet, quam excusare, quod philosophus non recusauerim dissertare. nam et pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta et pro magnitudine frequentiae locus delectus est. praeterea in auditorio hoc genus spectari debet non pauimenti marmoratio nec proscaenii contabulatio nec scaenae columnatio, sed nec culminum eminentia nec lacunarium refulgentia nec sedilium circumferentia, nec quod hic alias mimus halucinatur, comoedus sermocinatur, tragoedus uociferatur, funerepus periclitatur, praestigiator furatur, histrio gesticulatur ceterique omnes ludiones ostentant populo quod
84 cuiusque artis est, sed istis omnibus supersessis nihil amplius spectari debet quam conuenientium ratio et dicentis oratio. quapropter, ut poetae solent hic ibidem uarias ciuitates substituere, ut ille tragicus, qui in theatro dici facit:

'Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis colis',

item ille comicus:

'perparuam partim postulat Plautus loci
de uostris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sin⟨e⟩ architectis conferat',

85 non secus et mihi liceat nullam longinquam et transmarinam ciuitatem hic, sed enim ipsius Karthaginis uel curiam uel bybliothecam substituere. igitur proinde habetote, si curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiatis, si erudita fuerint, ut si in bybliotheca legantur. 29
quo⟨d⟩ utinam mihi pro multitudine auditorii prolixa oratio ‖ suppeteret ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cu[m]perem. sed uerum uerbum est profecto, qui aiunt nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin ei tamen admixtum sit

F 190ª. φ 78ª. 10 ōſ 12 debeſ *em. al. m.* (φ) 15 *cf. Ribbeck Scaen. Rom. poes. fr.* I³ *310 v. 217* 17 *cf.* ***Plaut. Truc. prol. 1 sqq.*** φ: partē 19 quoſ in (φ) *em. v* 22 ſu-ſti ᵇnere (ᵇ *add. ead. m.*) 25 quo (φ) quod *v cf. apol. 4 (5,9) 22 (25,18) 72 (80,10) 96 (106,12) flor. 7 (9,5)* ***de deo Socr. 4 (4,12 Th)*** 26 clauderet *cf. d. d. Socr. 17 (26,15 Th)* 27 cū perē *em.* φ 28 qui] quod *v cf. Kuehner Lat. Gramm. II 849,12 cf. Plaut. Amph 634 sqq.*

Oud. Kr.

aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam uel parua querimonia coniugatione quadam mellis et fellis: ubi uber, ibi tuber. id ego cum [in] alias, | tum etiam nunc inpraesentiarum usu experior. nam quanto uideor plura apud uos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reuerentia uestri
86 cunctatior, et qui penes extrarios saepenumero promptissime disceptaui, idem nunc penes meos haesito ac — mirum dictu — ipsis inlecebris deterreor et stimulis refrenor et incitamentis cohibeor. an non multa mihi apud uos adhortamina suppetunt, quod sum uobis nec lare alienus nec pueritia inuisitatus nec magistris peregrinus nec secta incognitus nec uoce inauditus nec libris inlectus improbatusue? ita mihi et patria in concilio Africae, id est uestro, et pueritia apud uos et magistri uos et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est, et uox mea utraque lingua iam uestris auribus ante proxumum sexennium probe cognita, quin et libri mei non alia ubique laude carius censentur quam quod iudicio uestro comprobantur. haec tanta ac totiuga inuitamenta communia non minus uos ad audiendum prolectant quam me ad aud[i]endum retardant, faciliusque laudes uestras alibi gentium quam apud uos praedicarim: ita apud ⟨s⟩uos cuique modestia obnoxia est, apud
87 extrarios autem ueritas libera. semper adeo et ubique uos quippe ut parentis ac primos magistros meos celebro mercedemque uobis rependo, non illam, quam Protagora sophista

F 190ª. φ 78ªᵇ. 3 uber[i]bi tuber ([i] *add. ead. m.; utramque* r *in ras. al. m. eff. ut vid.; sed utroque loco fuit compend.* ri *falso addita* i *vocis sequent.*) φ: ube[r] ibi,tuber ([r]i *in ras.*) *cf. Otto Sprichwörter d. Röm., Lpz. 1890 p. 352* 3/4 in aliaſ (φ) ante alias *v* in *om. Florid* 4 nunc *del. Colv cf. p. 27,13 28,10* 8 dissertaui *Wower* 9 ſimultiſ (φ) *em. Becichem* 14 confinio *Colv* 15 *cf. met. I 24 (22, 12) Lodge lex. Plaut. 183* 16 utriq; *em.* φ utrimque *Hild* 21 audiendũ *posterior. loco* (φ, *in mg. m. recentiss.* c̃ dicendū) *em. Voss* 23 uoſ (φ) *em. Stewech* 26 φ: ꝑtagora[s] *cf. 36, 2 Quint. I 5, 61*

Oud. *Kr.*

pepigit nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit et accepit. uideo, quid postuletis: utramque narrabo.

Protagora, qui sophista fuit longe multiscius et cum 30 primis rhetoricae repertoribus perfacundus, Democriti phy*y*sici ciuis aequaeuus — inde ei suppeditata doctrina est —, eum Protagoran aiunt cum suo sibi discipulo Euat⟨*h*⟩lo mercedem nimis uberem condicione temeraria || pepigisse, uti sibi tum demum id argenti daret, si primo *t*irocinio agendi penes iudices uicisset. igitur Euathlus postquam cuncta illa exorabula iudicantium et decipula aduersantium et artificia dicentium uersutus alioqui⟨*n*⟩ et[i] ingeniatus ad 88 astutiam facile perdidicit, contentus scire quod concupierat coepit nolle quod pepigerat, sed callide nectendis moris frustrari magistrum diutuleque nec a*g*ere uelle nec reddere, usque dum Protagoras eum ad iudices prouocauit expositaque condicione, qua docendum receperat, anceps argumentum ambifariam proposuit. 'nam siue ego ui[n]cero', inquit, 'soluere mercedem debebis ut condem[p]natus, seu tu uiceris, nihilo minus | reddere debebis ut pactus, quippe qui hanc causam primam penes iudices uiceris. ita si 89 uincis, in condicionem incidisti: si uinceris, in damnationem'. quid quaeris? ratio conclusa iudicibus acriter et inuincibiliter uidebatur. enimuero Euathlus, utpote tanti ueteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. nam 'si ita est', inquit, 'neutro modo quod petis debeo. aut enim uinco et iudicio dimittor, aut uincor et pacto absoluor, ex quo non debeo mercedem, si hanc

F 190[ab]. φ 78[b]. 2 utrumque *Salm* 3 φ: ꝑtagora[s] *cf. 35, 26* 4/5 phiſici (φ) 6 *cf. Phil. suppl. IX 518* euat[h]lo(φ)

7 ∗ uberē̃ (*eras.* ſ) 8 tyrocinio *em.* φ 9 euatluſ (*ead. m. add.*[h]) 11 alioq eti ingeniat; φ: alioqn (n *al. m. add.*) et īgeniat; 13 nolle ⟨dare⟩ *Burmann* 14 nec a ſe re uelle (φ, *sed* uellere) *em. Brant cf. v. 8 Gell. V 10* nec ⟨caus⟩as ⟨ag⟩ere uelle *vd Vl* reddere ⟨mercedem⟩ *vd Vl* 16 φ: quā ī docendū 17 uincero *em.* φ 18 c̄dēp̄nat; (φ)

19 nichilḥomin; (φ *omiss.* h) q[p]pe ([p] *add. ead. m.*)

Oud. *Kr.*

primam causam fuero penes iudices uictus. ita me omni modo liberat, si uinco⟨*r*⟩, condicio, si uinco[r], sententia'. nonne uobis uidentur haec sophista*r*um argumenta obuersa inuicem uice spinarum, quas uentus conuoluerit, inter se cohaerere, paribus utrimque aculeis, simili penetratione, *90* mutuo uulnere? atque ideo merces Protagorae tam aspera, tam senticosa uersutis et auaris relinquenda est: cui scilicet multo tanta praestat illa altera merces, quam Thalen memorant suasisse.

Thales Milesius ex septem illis sapientiae memoratis *31* uiris facile praecipuus — enim geometriae penes G⟨*r*⟩aios primus repertor et naturae rerum certissimus explorator et ast⟨*r*⟩orum peritissimus contemplator — maximas res paruis lineis repperit: temporum ambitus, uentorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, solis annua reuerticula, i⟨*ti*⟩dem lunae uel nascentis incrementa uel senescentis dispendia uel deli⟨*n*⟩quentis obstacula. idem sane iam procliui senectute diuinam rationem de sole commentus est, quam ‖ equidem non didici modo, uerum etiam experiundo comprobaui, quoties sol magnitudine sua circulum quem permeat metiatur. id a se recens inuentum Thales memoratur edocuisse Mandrolytum Prien[n]ensem, qui noua et inopinata cognitione impendio delectatus optare iussit, quantam uellet mercedem sibi pro tanto documento rependi. 'satis', inquit, 'mihi

F 190ᵇ. φ 78ᵇ. 2 uinco φ: uinco^{r} (*em. ead. m.*) uincor (φ, *sed eras.* r) 3 ſophiſta tũ (φ, *sed em. m. pr.*) 8 tanta *cf. apol. 3 (4, 20) met. VII 15 (165, 15)* 8/9 Thali — suffecisse *vdVl* 11 enim *cf. Phil. suppl. IX 572 Hey Arch. f. lat. Lex. XIV 270 sqq.* gaioſ (φ, *sed em. al. aut ead. m.*) 12 exploratoꝝ (toꝝ *em. in* tor *ead. m.*) 13 aſto^{r}ꝝ (^{r} *add. al. m.*) 14 uentorũ (ũ *al. m. eff. aut certe redintegr*) φ: uentoꝝ 15 siderum] fulgurum *Oud sed stellae sunt sidera vagantia cf. p. 21, 22 sq. de deo Socr. 2 (7, 11 sqq. 8, 1 Th) de Plat. I 10 (93, 4 Th)* 16 idẽ (φ) item *Colv* itidem *Kronenberg cf. 7, 19* 17/18 deliquantiſ obſtiticula (φ) *em. v* 22/23 mandraytũ (φ) *em. Crusius* 23 priennenſẽ (φ)

Oud. *Kr.*

fuerit mercedis', Thales sapiens, 'si id quod a me didicisti, cum proferre ad quospiam coeperis, tibi ⟨*non*⟩ adsciueris,
91 sed eius inuenti me potius quam alium repertorem praedicaris'. pulchra merces prorsum ac tali uiro digna et perpetua; nam et in hodiernum ac dein semper Thal*i* ea merces persoluetur ab omnibus nobis, qui eius caelestia studia uere cognouimus.

Hanc ego uobis mercedem, Karthaginienses, ubique gentium dependo pro disciplinis, quas in pueritia sum apud uos adeptus. ubique enim me uestrae ciuitatis alumnum fero, ubique uos omnimodis laudibus celebro, uestras disciplinas studiosius percolo, uestras opes gloriosius praedico, uestros etiam deos religiosius ueneror. nunc quoque igitur principium mihi apud uestras auris auspicatissimum ab Aesculapio deo capiam, qui arcem nostrae Karthaginis indubitabili numine propitius [s]t[r]e*g*it. eius dei hym*num* Graeco et Latino carmine uobis *etiam* canam [iam] illi a me dedicatum. sum enim non ignotus illi sa*c*ricola nec recens cultor nec ingratus antistes, ac iam et prorsa et uorsa facundia uene- 32
ratus sum, ita ut etiam nunc hymnum eius utraque lingua canam, cui dialogum similiter Graecum et Latinum praetexui, in quo sermocinab*u*ntur Sa*b*idius Seuerus et Iulius
92 Pers*i*us, uiri et inter se mutuo et uobis et utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina et eloquentia et beniuolentia paribus, incertum, modestia quietiores an industria promptiores an honoribus clariores. quibus cum sit summa

F 190ᵇ. φ 78ᵇ. 79ᵃ. 1 Thales sapiens *del Kr cf. Schoene Mus. Rh. LIV (1899) 633 sqq.* 2 non *omiss.* (φ, *sed m. recentiss. in mg. add.* c̊ non) 4 pulcha (*add. ead. m.*) 5 uam et *cf. met. I 19 (17, 17)* dein φ: deiñ dehinc *v* thaly *em.* φ 7 uera *vd Vl* recognouimus *Fulv* 13 uenero *Kronenberg* 15 uostrae *Oud* 16 ſtrepit (φ) respicit *ed. Rom.* regit *Groslot* tegit *Kr* hym̃ (φ) hymnum *v* 17 hęc (φ) hic *Sciopp* ecce *vd Vl* sic *v* etiam (*sequenti* iam *huc relato*) *Leo* occinam *Wower* iam *delend. putat Kr* iam⟨pridem⟩ *vd Vl* 18 illiſ agricola (φ) *em. Salm* 22 ſermocinabant (φ) sermocinabuntur *v* sermocinantur *Kr fort. recte* ſafidiuſ (φ) *em. Scriver* 23 pſeuſ (φ) *em. v* et util.] ex util. *Mueller* 25 pares *Becichem*

concordia, tamen haec sola aemulatio et in hoc unum certamen est, uter eorum magis Karthagine⟨*m*⟩ diligat, atque summis medullitus uiribus contendunt ambo, uincitur neuter. eorum ego sermonem ratus et uobis auditu gratissimum, mihi composit*u* congruentem et dedicatu[r] religiosum[mo], in principio libri *f*acio quendam || ex his, qui mihi Athenis condidicerunt, percontari a Pers*i*o Graece, quae ego pridie in templo Aesculapi disseruerim, paulatimque illis Seuerum adiungo, cui interim Romanae linguae partes dedi. nam et Pers*e*us, quamuis et ipse optime possit, tamen hodie uobis atticissa*b*it.

19 Asclepiades ille, inter praecipuos medicorum, si unum Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam uino
93 repperit aegris opitulari, sed dando scilicet in tempore: cuius rei obseruationem probe callebat, ut qui diligentissime animaduerteret uenarum pulsus inconditos uel prae*u*aros. is igitur cum forte in ciuitatem sese reciperet et rure suo suburbano rediret, aspexit in pomoeriis ciuitatis funus ingens locatum plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias uenerant, circumstare, omnis tristissimos et obsoletissimos uestitu. propius accessit, utin⟨*e*⟩ cognosceret
94 more ingenii ⟨*humani*⟩, quisnam esset, quoniam percontanti nemo responderat, an uero ut ipse aliquid in illo ex arte

F 190[b]. 191[a]. 79[a]. 2 ut | ereoꝝ (*al. m. eff.* uter | . . eoꝝ) Karthagine φ: cartaginē 5 ⟨et⟩ mihi *Lips* cōpoſite (φ) *em. Lips* dedicat religio ſūmo In pncipio (φ) *em. Lips* ⟨deo⟩ dedicatu *Kronenberg* 6 ratio (φ) facio *Lips* 7 pſeo (φ) 9 namque *Kr* nam et *cf. 38, 5* 10 pſeuſ (φ) ⟨latine⟩ possit *v* 11 atticiſſauit (φ) *em. v* 12 ⟨et⟩ si *Oud* 13 ceteris *cf. Woelfflin Arch. f. lat. Lex. VII 117* 14 opitulari (tu *al. m. eff., vid. antea falso distinct. fuisse*) 16 anĩaduerterat (φ) *em. v* animaduertat *Becichem* 16/17 p̄claroſ (φ) praeceleres *Steuech* praeuaros *Scal* praetardos *Purser* 19 collocatum *Brant* 21 obsoletissimo *Voss cf. Cic. de leg. agr. II 13, sed in Pis. 89* ut in (φ) utne *Oud* utine *vdVl coll. 40, 12* ut ipse *Kr* ut inde *Groslot* 22 more ingenii (φ) *cf. met. II 20 (42, 2)* m. ingenii ⟨humani⟩ *v cf. Sall. Iug. 93, 3 Veget. Renat. II 20 (54, 15 Lang[2])* 23 uero ⟨uenit⟩ *Colv*

Oud. *Kr.*

*d*eprehenderet. certe quidem iacenti homini ac prope deposito fatum attulit. iam miseri illius membra omnia aro- 38 matis perspersa, iam os ipsius unguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam paene ⟨*rogum*⟩ paratum contem-
95 platus enim, diligentissime quibusdam signis animaduersis, etiam atque etiam pertrectauit corpus hominis et inuenit in illo uitam latentem. confestim exclamauit uiuere hominem: procul igitur faces abi|cerent, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cenam feralem a tumulo ad mensam referrent. murmur interea exortum; partim medico credendum dicere, partim etiam inridere medicinam. postremo propinquis etiam hominibus inuitis, quodne iam ipsi
96 hereditatem habebant, an quod adhuc illi fidem non habebant, aegre tamen ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem atque ita uispillonum manibus extortum uelut ab inferis postliminio domum rettulit confestimque spiritum recreauit, confestim animam in corporis latibulis delitiscentem quibusdam medicamentis prouocauit.

Sapientis uiri super mensam celebre dictum est: 'prima', 20 inquit, 'creterra ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem,
97 tertia ad uoluptatem, quarta ad insaniam'. uerum enimuero Musarum || creterra uersa uice quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. prima creterra litteratoris ru*dimen*to exci*tat*, secunda grammatici

F 191ᵃ. φ 79ᵃ. 1 reprehenderet (φ) *em.* *Wower* 2 fatum *prim. casum esse posse dicit Oud cf. Verg. Aen. VI 531 sq.* uitam *Fulv* salutem *vdVl* fatum abstulit *Wower* fatum ⟨eum⟩ *? He* 3 odore (φ) *em. v* dilibutũ *em.* φ 4 pęnę (p *vid. ex* c *eff.*) φ: pene 4 cenae *v* (*interpretandumne 'silicernii apparatum' ? cf. v. 9*) scenae pene *nescio quis* pyrae *vdVl* ⟨igni⟩ paene *Novák* p. ⟨rogum⟩ *He* 5 enim *cum sequent. coniunct. adversativum putat Hey, causativ. cum ptcp. coniunct. He* (*cf.* igitur *Plaut. Epid. 499*) eum *Scal* est *Colv* cum *Oud* (*deleto* et *v. 6*) etiam *Kr* anĩadũũt φ: aĩadũtit *em. vir doct. ap. Oud* 8 abigerent (φ) abicerent *Stewech* 10 exortũ (*al. m.* ũ *mut. in*;) 12 omnibus *Stewech fort. recte* 13 hered. auebant *Lips* 17 recreavit ⟨et⟩ *Kr* confestimque *v* [confestim] animam⟨que⟩ *vdVl* 19 *cf. Suid. s. v.* οἶνος *Laert. Diog. I 103* 23 φ: ꝓptior 24 litteratoreſ (φ) *em. v* rua|— to (*spat*

Oud. *Kr.*

doctrina instr[a]uit, tertia rhetor*is* eloquentia armat. hactenus a plerisque potatur. ego et alias creterras Athenis 34
bibi: poeticae com*p*tam, geometriae limpidam, musi-
98 cae dulcem, dialecticae austerulam, iam uero uniuersa*e* philosophiae inexplebilem scilicet ⟨*et*⟩ nectaream. canit enim E*m*pedocles carmina, Plato d*i*alogos, Socrates hymnos, Ep*i*charmus modos, Xenophon historias, [Xeno]Crates sat*i*ras: Apuleius uester haec omnia nouemque Musas pari studio colit, maiore scilicet uoluntate quam facultate, eoque propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est, ita ut contra in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc uindicantur, cruenta mente, pura manu. ergo sicut ad poenam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est conari praedicanda. quae autem maior laus aut certior, quam Karthagini benedicere, ubi tota ciuitas eruditissimi estis, pene⟨*s*⟩ quos omnem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostentant, senes docent? Karthago prouinciae nostrae magistra uenerabilis, Karthago Africae Musa caelestis, Karthago Camena togatorum.

99 Habet interdum et necessaria festinatio honestas moras, 21
saepe uti malis interpellatam uoluntatem: quippe et illis,

unius litt. vacuum relict.; in mg. d) φ: ruato ruditate *Colv* ruditatem *Becichem* rudimento *Goldbacher* eximit (φ) exuit *Colv* excitat *He*

F 191ᵃ. φ 79ᵃ. 1 φ: doctrinā instrauit (φ) *em. v* doctrinam intimat *Bernhardy hist. litt. Rom.*[4] *p. 46 n. 26* insinuat *Hild* rhetoreſ φ: rethoreſ *em. v* 3 cō̃mtā̃ (φ) *em. Leo* conditam *Sciopp* commixtam *Bosscha* gemmantem *Schenkl* commotam *vdVl* amoenam *Novák* 4 amarulam *vir doct.* uniū̃ſaſ (φ) uniuersae *Colv* 5 inexplebiles — nectareas *Wower* scilicet ⟨et⟩ *Colv an* nectaream *substantivi loco est et pro apposito habend. ad* uniuersas ph. *addito?* 6 enpedocleſ (φ) dyalogoſ *em.* φ hym̄oſ 7 epycharmuſ φ: epicarmuſ modos] mimos *Reich Der Mimus Berlin 1903 I, 412 n. 1* xenocrateſ (φ) Xenophanes *Casaub* Crates *Rohde* ſatyraſ *em.* φ sillos *Casaub* 17 pene *em.* φ 19 caelestis Carthago *Colv* 22 ut in aliis *Colv sed interpretand.* '*ut potius gaudeas quod pergere non licet*'

Oud. *Kr.*

quibus curriculo confecta uia opus est, adeo uti praeoptent
pendere equo quam carpento sedere, propter molestias
sarcinarum et pondera uehiculorum et moras orbium et
salebras orbitarum — adde et lapidum globos | et cau-
dicum toros et camporum riuos et collium cliuos — hisce
igitur moramentis omnibus qui uolunt deuitare ac uecto-
100 rem sibimet equum deligunt diutinae fortitudinis, uiuac*is*
pernicitatis, id est et ferre ualidum et ire rapidum, 'qui 35
campos collesque gradu perlabitur uno', ut ait Lucilius,
tamen cum eo equo per uiam concito peruolant, si quem
interea conspicantur ex principalibus uiris nobilem hominem,
bene consultum, bene ‖ cognitum, quanquam oppido festinent,
101 tamen honoris eius gratia cohibent cursum, re*leu*ant gradum,
retardant equum et ilico in pedes desiliunt, fruticem, quem
uerberando equo gestant, eam uirgam in laeuam manum
transferunt itaque expedita dextra adeunt ac salutant et,
si diut⟨*ule*⟩ ille quippiam percontetur, ambulant diutule et
fabulantur, denique quantumuis morae in officio libenter
insumunt.

Crates ille Diogenis sectator, qui ut lar familiaris apud 22
homines aetatis suae Athenis cultus est: nulla domus un-
quam clausa erat nec erat patris familias tam absconditum
secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret, litium
omnium et iurgiorum inter propinquos disceptator atque
arbiter; quod Herculem olim poet*ae* memorant monstra illa
immania hominum ac ferarum uirtute subegisse orbemque
102 terrae purgasse, similiter aduersum iracundiam et inuidiam

F 191[ab]. 79[ab]. 6 deuitare *cf. apol. 29 (34, 4)* 6/7 uictorẽ (φ, *m. recentiss. add.* c[uectorẽ]) *cf. met. I 20 (19, 2) III 26 (71, 22) al.* 7 uiuacę *em.* φ 8 idẽ (φ) id est *v* 9 *cf. Lucil. v. 1278 Marx* 10 equo concito uiam peruolant *vdVl* equo perquam concito *Rohde* 13 reuelant (φ) releuant *Becichem* releniunt *Lips* relentant *Brant* recellunt *Hild* reclinant *vir doct.* retentant *vel* reuersant *He* 14 *cf. Sen. ep. 64, 10 versus sequentes folio contrito vix legi possunt* 17 diut|ille φ: diutule ille 20 *cf. Laert. Diog. VII 85 sq.* diogeni *aut* diogeni[s] φ: diogeniſ qui *del. vdVl* 21 ⟨ei⟩ nulla *Brakman* 21/22 ⟨ei⟩unquam *v* 25 poetã (φ, *sed em. al. m.*)

Oud. *Kr.*

atque auaritiam atque libidinem ceteraque animi humani monstra et flagitia philosophus iste Hercules fuit: eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgauit, malitiam perdomuit, seminudus et ipse et claua insignis, etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria extat — igitur, priusquam plane Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est, lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata uestibulo, ipse bene uestitus, bene praediatus. post ubi intellegit nullum sibi in re familiari praesidium legatum, quo fretus aetatem agat, omnia fluxa infirmaque esse, quidquid sub caelo diuitiarum est, eas omnes ad bene uiuendum ⟨*nihil*⟩ quicquam esse * * *.

23

Sicuti nauem bonam, fabre factam, bene intrinsecus *36* compactam, extrinsecus eleganter depictam, mobili c⟨*l*⟩auo, firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio, splendentibus uelis, postremo omnibus armamentis idoneis ad usum et honestis ad contemplationem, eam nauem si aut gubernator non agat aut tempestas agat, ut facile cum *103* illis ‖ egregiis instrumentis aut profunda hauserint aut scopuli comminuerint! sed et | medici cum intrauerint ad aegrum, uti uisant, nemo eorum, quod tabulina perpulchra in aedibus cernant et lacunaria auro oblita et gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantis, aegrum iubet, uti sit animo bono, sed, ubi iuxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertrectat, uenarum pulsum et momenta captat: si quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renuntiat male morbo haberi. diues ille cibo interdicitur; ea die in sua sibi copiosa domo panem non accipit, cum interea totum eius seruitium hilares sunt atque epulantur, nec in ea re quicquam efficit condicione.

F 191ᵇ. φ 79ᵇ. 2/3 om ſ 5 ⟨is⟩ igitur *Rohde fort. recte cf. p. 8, 11* 8 praeditus *Salm* 11 om ſ 12 ⟨nihil⟩ quicquam *vd Vl* nequicquam *Becichem* ⟨non⟩ quicquam *Colv* 14 *vid* cauo φ: c^{l}auo (*em. ead. m.*) 15 *vid.* pcerum alo *em.* φ 30 officit *Gruter* 30/1 condicio *Florid* conditioni *Gruter* *Subscriptio deest*

Index nominum.